Fng 36
№ 120
D 4/10
№ 120

Braem

De disciplina scholarium

Deventer 1496

Hain, 3416 Pellechet 2563

RS 7-12-22

Inc
135

Vol. 2986

1

# Boetiꝰ de diſciplina ſcho larium cum notabili com mento

da Livraria de Alcobaça



LIVRARIA DE ALCOBAÇA

Inc
135

LIVRARIA DE ALCOBACA

Prohemium

# Oſculetur me oſculo

oris ſui Verba iſta ſcribuntur Canticoꝝ primo Quoꝝ materia ⁊ intellectus ſm aliquos eſt talis Salomō voluit deſponſari cum filia Pharaonis ⁊ miſit nuncios ad eam. Quibus venientib⁹ ſponſa queſiuit. quis eſt dñs veſter Ac illi dixerunt. dñs noſter eſt rex regū. dñs dominantiū .rex glorie. rex pacis Ac illa. eſt etiā pulcher Cui nuncij. pulchritudinē eius mirantur ſol ⁊ luna Ac illa. eſt etiā diues Cui nuncij. gloria ⁊ diuitie in domo eius Ac illa. eſt etiam potens. Cui nuncij. Poteſtas eius a mari vſq₃ ad mare. His auditis ſponſa dixit. Veniat dñs veſter ⁊ oſculetur me oſculo oris ſui Et talia verba taliter qualiter introducta ad noſtrū poſſunt ꝓpoſitū ſic applicari. ꝙ ipſa regina ſeu ſcientia prediues querat de quolibet ſtudente. loquens ad ipſum ſub hac forma Oſculet᷑ me ⁊c. Et anteq̄₃ hoc faciat querit primo Quis eſt dñs veſter. id eſt q̇s eſt ſtudens. vtrum bonus vel malus. Si bonus. veniat ad me ⁊ oſculet᷑ me ⁊ ducam eum in cellam vinariā Si vero malus fuerit. elongetur a me. q̇a in maliuolam animā non introibit ſapientia Ultra querit Eſt etia₃ diues potens vel impotens Si potens ⁊ diues veniat ad me. Si pauper ⁊ impotens elongetur a me. qꝛ melius eſt paupem ditari q̄₃ philoſophari Querit vltra Eſt etiam pulcher. id eſt vtrum ſtudens ſit formoſus ⁊ bene diſpoſitus vel difformis Si formoſus veniat ad me Si difformis recedat a me Sicuti Boetius perſuadet in textu infra de filio Thimothei. qui fuit loripes caſtratus gibboſus ⁊c. vt infra patebit ¶ Iſtis ſic deductis Notandum primo ꝙ ſcire eſt rem per cauſas cognoſcere Soli ergo illi ſcientias docent qui cauſas de ipſis dicunt. Cauſas igit᷑ preſentis libri videam⁹. vnde ſm philoſophū ſecundo phiſicoꝝ q̄tuor ſunt cauſe. ⁊ deſignant᷑ per hos verſus. Quatuor vt fantur multi cauſe recitantur. Formaq₃ finalis faciens ⁊ materialis. Unde cauſa material' dicitur determiata diſpoſitio diſcipuli capiētis doctrinā a magiſtro Vel poteſt dici diſciplina ſcholarium Cauſa efficiens dicitur fuiſſe duplex. ſc₃ mouens ⁊ mota Cauſa mouens erat Marcianus quidā epiſcopus Boetio multum dilectus Sed cauſa efficiēs mota fuit venerabilis dominus Boetius. Cauſa formalis aſſignatur hic duplex ſicut alibi ſc₃ forma tractandi ⁊ forma tractatus Forma tractandi dicitur modus ꝓcedendi. ⁊ eſt proſaicus hic Sz forma tractatus conſiſtit in diuiſione p̄ſentis libri. vt infra patebit Cauſa vero finalis eſt vt ſcholares diſponātur ad recipiendū doctrinam a magiſtro Et ergo ſolet dici ꝙ cauſa finalis eſt duplex. ſc₃ intrinſeca ⁊ extrinſeca Intrinſeca eſt cognitio eoꝝ que traduntur in preſenti libro. Sed extrinſeca eſt vt ſcitis his que hic traduntur ſcholares melius diſponi poſſunt ad ſcientia₃ moralis philoſophie ¶ Et notandum ꝙ ex quo ſummū ſolaciū conſiſtit in veritatis cognitione. igitur hō naturali deſiderio inclinat᷑ ad veritatis cognitōe₃



Livraria d' Alcobaça.

Unde Ariſtoteles primo metaphiſice ait. ꝙ omnes homīes natura ſci
re deſiderant. hoc eſt naturali deſiderio. Quod cōmentator tribus pro/
bat rationib⁹. quaꝝ prima eſt. vnū quoq; ens imperfectū appetit ſuam
ꝑfectionem q̃ diu imꝑfectum eſt Res em̄ perfecta pulchra eſt. imꝑfecta
vero difformis Verbi gratia. domus q̃ diu ſtat ſub imꝑfectiōe eſt dif/
formis. Cum autē perfecta eſt ſm formam. tunc efficitur pulchra. Sed
homo ſm intellectum aſt imperfectus. eiuſq; perfectio eſt ſciētia Ergo
omīs homo ſm intellectum qui eſt eius forma impletiua ſcire deſiderat
Minor patet. quia illō eſt rei perfectio quod eſt actus ad quē res ꝑus
erat in potentia Homo autem per prius erat in potētia ad ſciendū om
nia. ergo dum actu perfectus eſt. intelligit Hoc eſt quod dicit Ariſtote
les tercio de anima Intellectus ante actuale intelligere eſt potētia om
nia Quādocunq; igitur eſt actu. videlicet quando omēs ſpecies actu re
cipit. tunc perfectus eſt per eas   Secunda ratio. vnūquodq; deſiderat
cognitionem ſibi determinatā ꝛ naturalem. nam operationes ꝓcedūt a
virtutum potentijs Harum autem ſummū bonum eſt naturalis oꝑa/
tio. ſicut ſummū bonū eſt oculi ꝙ videat. ꝛ auris ꝙ audeat. ꝛ intellcūs
ꝙ intelligat Unumquodq; igitur appetit oꝑationem ſibi debitam ſed
operatio cōnaturalis intellectus eſt ſcire ꝛ intelligere. ergo ſm intellcūꝫ
homo naturaliter ſcire deſiderat Tercia ratio eſt. quia vnūquodq; ap
petit ſtatum ſuum excellentem. hunc autem acquirit ex eo ꝙ ꝯiunctuꝫ
eſt ꝛ ſimile ſuo principio Verbi gratia. domus ſtatū habet excellentē.
dum aſſimulatur cauſe efficienti ſm formam ꝛ figuram quam mēte pre
concepit Sed per ſcire ꝛ intelligere homo coniungitur ꝛ aſſimilatur quo
dāmodo prime cauſe. ex eo ꝙ ſcire eſt ſpecies rerum intelligibiliū in in
tellectu recipere Ergo cum homo recipit. in intellectu eius ſunt quodā
modo omnia Sed prima cauſa eſt in qua vt in fonte effectiuo formalr̄ ꝛ
finali ſunt omnia ergo per ſcire homo aſſimilatur primo principio Cō
cludendum eſt igitur ꝙ omnes homines naturali deſiderio in intellectu
poſſibili radicato ſcire deſiderant.   ¶ Notandum ꝙ preſens liber eſt
vtilis omnib⁹ homīb⁹. quia in eo docetur quō homo debet ſeipſuꝫ rege
re in moribus Modo, ſciētia conſiſtit in bono regimīe. iuxta dictū phi
loſophi tercio politicoꝝ Melius eſt ciuitateꝫ regi optimo viro q̃ opti
ma lege Et idem dicit Felix eſt ciuitas cuius preſides ſunt philoſophi
Cui concordat. Seneca ad Lucillum dicens. Turpe eſt ſenem viuere
ſine moribus Et idem. quid eſt melius q̃ rerum peritia   ¶ Item no
tandum ꝙ magnum ꝛ paruū non proprie atribuūtur intellectui. ex quo
nō eſt corporeus. ſed ſimilitudinarie. Unde ille intellectus dicitur mag
n⁹ qui pluribus intelligibilib⁹ eſt informatus. Per oppoſituꝫ autē ille
intellectus dr̄ paucus qui paruis intelligibilibus eſt informatus

# Diſcipli. ſchola.

Ste preſens liber diuiditur in duas partes principales. ſcilicet in prohemialem ⁊ executiuam. Pars executiua ibi. Cuz indiſcreti. Adhuc prima diuiditur in quinq;. In prima ponit intentum ſuum. In ſecunda narrat ea quibus fuit impediens. quare precibus Martiani potuit contradixiſſe. ibi. Licet duplici genere. Quid autem faciat in alijs patebit in locis ſuis. Dicit igitur primo ſic. O martiane pater mi ⁊ domine dilectiſſime veſtra pia intendit voluntas. vt compendioſum ſcriberem tractatum de diſciplina ſcholaſtica. Utinaz ad hoc eſſem ſufficiens. Temptabo tamē amicis veſtris acquieſcere p̄cib⁹ pro quanto mea ſufficit facultas. Et miſeriarū diuerſitas hoc ꝑmiſerit

BIBLIOTHECA NACIONAL DE LISBOA

Eſtra nouit intentio de diſciplina ſcholarium compendioſuz poſtulare tractatum. Utinam compendioſum a ſpiritus mei peruitate. prout facultas ſuppetit ⁊ ingenij decliuitas erumnarumq; tenacitas amicis veſtris precibus o Martiane temptabo acquieſcere ❡ Licet duplici genere commentoruz ſim impeditus non tamen omnino diuerſorum
In quaſdam Ariſtotelis et alio

❡ Notandū hic ꝙ in principio p̄ntis libri quattuor tangunt̄ cauſe. de quibus ſupra Per hoc ꝙ dicitur (Martiane) tangitur cauſa efficiens mouens. Et per hoc ꝙ dicitur (temptabo) tangitur cauſa efficiens mota. Et ꝑ hoc quod dicit̄ (ſcholariuz) tangit̄ cauſa final' Et per hoc quod dicit̄ (diſciplina) tangitur cauſa materialis

❡ Prius autor premiſit intentionē ſuā ſub mō petitōis. ⁊ cū hoc poſuit admiſſionē petitōis. Hic ponit impedimēta ſiue occaſiones pro quib⁹ potuiſſet cōtradicere petitionib⁹ Martiani vt ꝑ hoc oſtēdat petitionem huiuſmodi eſſe difficilem. Et dicit ſic O martiane preces veſtras exaudiui. licet ſim impeditus duplici genere commentoꝝ non tamen omnino diuerſorum. quia forſan vnam tangunt materiam. Et licet ſim etiam impeditus in editionibus quorundam libroꝝ ſcz Ariſtotelis ⁊ alioꝝ philoſophorū. Et licet ſim attenuatus ꝓprio ſtudio. Et licet ſim impeditus cruciatu regis gothoꝝ. q̄ſi diceret. volo tū exaudire preces Martiani ❡ Notandū hic p̄mo. ꝙ ſi mirando aliq̄s hic peteret quare autor hic diuinum non inuocat auxilium. cum tamen ad quemlibet ꝑtineat artificem in operis ſui exordio diuinā implorare ſubuentionem. Iuxta illud poete. Omnib⁹ in factis ꝑagendis ſiue ꝑactis. Debet preponi deus humane rationi. Dicendū ꝙ ꝑ hoc ꝙ dicit (vtinā ꝯpēdioſum) diuinū implorat auxilium. Uult em̄ ipe dicere ꝙ dominus det ſibi grām vt ꝯpendioſum poſſet ꝑficere tractatum ❡ Notādū ſecūdo

q in littera preſenti tanguntur quattuor impedimenta quibus decenter Boetius potuiſſet petitionibus martiani cōtradixiſſe. Primū quia tunc temporis impeditus erat ſuper cōmentis yſagogarum ac predicamentorum Ariſtotelis. Hec aūt cōmenta nō ſunt omnino diuerſa. quoniā in predicabilibus ſeu yſagogis traditur ratio ſm quā ordo eorum ad inuicē eſt ſumendus ſm ſubiectionē et predicationē. Ordo aūt iſte actualis traditur in libro predicamentorum. Secōm impedimentū fuit corroſio crudelis regis gothorum. Ille em̄ volens expugnare ciuitatem rhomanā vbi Boetius erat proconſul poſtulabat eū ſibi preſentari. Et cum illū habuerit cū rhomanis in trāquilla pace viuere promiſerat. Hoc em̄ fecit in dolo. cum em̄ Boetius ſibi pſentabatur miſit eū in exilium. vbi plurima patiebatur miſeriarum genera. Habuit tñ philoſophiā in ſolatricē. que ſibi in ſpecie mulieris pulcherrime apparebat. Et ſic ciuitas romana boetio priuata ſilio caruit quare a prefato rege faciliter expugnabatur. Paſtore em̄ percuſſo oues gregis de facili ſparguntur. Tercium impedimentū fuit. quia occupatus fuit. ymmo fatigatus quodāmodo ſuper cōpoſitione libri de philoſophico conſolatu. quē dum miſſus fuerat in exilium cōpilauerat. Quartum quia pmolitus fuit in cōpilatione libri de trinitate perſonarum in diuinis. quia cum ipſe ad fidē catholicam puenerat conſcripſit librum de trinitate perſonarum contra hereticos et infideles. Unde cōſequenter notandum q illa particula textus (proprio attenuatus ſtudio) dupliciter poteſt exponi. Primo ſic. quia ſtuduit in materia que ante ipſum nō fuit expoſita neqꝫ deſcripta. Secūdo ſic. Boetius attenuatus fuit proprio ſtudio attendens illud cōſolationis. Felix eſt hoc regnū quod habet regem ſapientem. Unde quāuis eſſet conſul rhomanus. non tñ ſtudere ceſſauit

riſſim philoſophorum editiones proprio qꝫ attenuatus ſtudio. et inhumani regis gothorum cruciatu corroſus philoſophico preueniente conſolatu. extremaqꝫ profunde trinitatis perſpicatione permolitus

¶ Quid enim gimnaſiorum exercitatu lucidius quam in naturali et artificia

Hic boetius oſtendit cām quare admittere vult petitionem Martiani. dicens interrogatiue ſic. Quid eſt lucidius et melius quam debita cognitio in proceſſu naturali et artificiali quam naturalis exhibitio viriū intelligētie in exercitio ſtudiorum. ¶ Notandū hic q duplex eſt ordo ſeu modus cognoſcendi in qualibꝫ ſcientia. ſ. naturalis et artificialis. Naturalis ē q̄ proceditur per cauſas et principia ad effectus. Et aſſimilatur etiā nature quia natura prius cognoſcit cauſas quam effectus. Artificialis aūt ordo eſt quādo econtra ab effectibus proceditur ad cauſas et principia ¶ Item notādum q gimnaſium olim dicebatur cōmunis locus luctandi hic āt ſumi

tur pro ſchola Sicut enim tunc fiebat concurſus ad gimnaſium cauſa luctandi. ſic fieri ſolet concurſus ad ſcholas cauſa dicendi Item notandum quod hec particula (gradualis exhibitio) in textu poſita poteſt dupliciter exponi Uno modo ſic. gradualis exhibitio id eſt debita et ordinata applicatio intellectus ad ſcientias. Alio modo ſic. gradualis exhibitio id eſt debita proceſſio ad ſcientias

li progreſſione debita cognitio. et quod eſt lucidius quam virium intelligentie gradualis exhibitio

¶ Eloquentie enim partes decenti naturalium et artificialium proceſſu et perſpicua intelligentie comprehenſione nouimus ſtabiliri

¶ In primis prima puerorum oblectamenta ſunt prelibanda. Secundo. ſecunda videlicet qualiter

¶ Hic confirmat prius dictum. quod videlicet nihil melius ſit debita cognitione tam in ordine naturali quam artificiali. dicens quod hoc apparet in partibus ſeu ſcientijs eloquentie. Huiusmodi enim per debitum ordinem acquiruntur ¶ Notandum hic primo. quod autor ſpecialem facit mentiones de ſcientijs eloquentie. que ſunt grammatica logica et rhetorica. quia tales primo acquiruntur Quare opus eſt precipue circa eas debitum ſcire modum procedendi ¶ Notandum ſecundo. quod tres dicte ſcientie ideo dicuntur ſcientie eloquentie. quia ſunt de eloquentia ſeu de ſermone Grammatica quidem eſt de ſermone congruo vel incongruo Logica vero de ſermone vero vel falſo Rhetorica autem de ſermone ornato vel inornato Verum eſt tamen quod grammatica maxime dicitur ſermocionalis. quia conſiderat ſermonem ſignificatiuum tamquam ſubiectum Taliter autem logica et rhetorica ipſum non conſiderant Item notandum tercio quod tres predicte ſcientie communiter dicuntur triuiales. quia ſunt tres vie in vnum finem tendentes Hoc tamen minus videtur verum. habent enim huiusmodi finem diuerſum Finis enim grammatice eſt expreſſio conceptus mentis. finis logice eſt rectificatio actuum intellectus. ſed finis rhetorice eſt perſuaſio in bonis et in malis Alia igitur de cauſa triuiales dicuntur. quia ſunt tres vie conſiderantes vnum diuerſimode: conſiderant enim ſermonem ſecundum quantum ad diuerſas eius paſſiones

¶ Hic ponit ordinem dicendorum. Dicit enim quod primo vult ponere quedam facilia documenta quibus pueri primo debent imbui Secundo docebit qualiter ſuperbia ſcholarium ſit ſubijcienda magiſtrorum ſcholaſticis iungenda Tercio docebit qualiter magiſter reſiſterit ſuperbie magnorum ſcholarium a ponendo exempla Quarto qualiter ſcholares prudentem facient puniſionem Et qualiter gradatim ad ſcientiarum culmina aſcendent Quinto qualiter boni ſcholares ad gradum magiſtralem ſunt promouendi. Sexto qualiter ſe habebit magiſter erga ſcholares ſuos. inſtruendo ipſos ſecundum modum bonum ¶ Notandum hic primo

ꝙ ex ordine dicendoꝝ apparet. ꝙ nedum in preſenti libro agitur de aptitudine recipiendi doctrinam a docente. Uerumetiam quomodo ſcholares ad magiſtralem dignitatem ſunt promouendi Et etiam qualiter ſe regent magiſtri circa diſcipulos ¶ Notandum ſecundo. ꝙ per ordinē dicendorum hic traditum auditores redduntur dociles. Hoc enim fit quando aliqua eis proponuntur ſub via lucida. qualiter autor facit in propoſito ¶ Notandum tercio. ꝙ ſcholares primo ſunt imbuendi documentis facilibus. Habent enim iuuenes cerebrum ualde fluxibile: quare non poſſunt ſcias et differentias ſenſibiliū diſtincte ⁊ certitudinaliter recipe. Sed cerebro paulatim exſiccato cognitio eadem certior efficitur ⁊ diſtinctior Patet iſtud quoniā pueri primo vocant omnes viros patres. ⁊ omnes mulieres matres Patꝫ idem exemplo Auicenne de homine a longinquis veniente pmo eñ apprehendit ꝙ ſit corpus. deiñ ꝙ ſit animal progreſſiuū. deiñ ꝙ ſit hō. Et tandē ꝙ ſit ſortes vl' plato. Pari mō innata ē nobis via pcedendi a cōmunioribus et cōfuſioribus ad ppria Et pariformiter pueri. quia ad faciliora documenta ſcꝫ ad grammaticalia primo ſunt apti. igitur in illis primo ſunt erudiendi

adulatorū elatio magiſtratui eſt ſubijcienda. Tercio de eorum elatione reprimenda. ⁊ exemplorum commendatione diſtincte ꝓponenda. Quarto de ſagaci prouiſione ſcholarium eorumqꝫ graduali ſtatione Quinto qualiter ſcholarium venerabilis ⁊ ſincera deuotio ad magiſterium eſt proferenda Sexto de magiſtrantium norma. diuiſioneqꝫ terna. ſtatuqꝫ eorum erga ſubditos. modoqꝫ docendi precognito

¶ Hec aūt ad intelligentie cōmendationē ſuſcepimꝰ pagēda pſtinū modū

¶ Item notandum ꝙ oblectamentum venit ab oblecto as are. qđ eſt compoſitum a prepoſitione ob ⁊ lacto as are. per mutationem a in e Unde oblectare proprie eſt lacte nutrire. Et ſicut lac eſt cibus pueris bene conueniens quia eſt facilis digeſtionis. ſic grāmaticalia quia facilia ideo iuuenibus ſunt magis congruentia

¶ Hic probat formam tractandi eius eſſe facilem ⁊ exemplarem. Et pbatur rōne ſic. Omnis ſermo ad rudium informatōēm erit facil' et exēplaris. Sed iſte ē hmōi. qm̄ rudes ingeniū leuare non poſſunt ad ſubtilia ⁊ difficilia. q2 opus eſt eos pmo p facilē ſermonē ⁊ exēplarē informari. Et taliter pmittit ſe Boetius facturū Dicit em̄ ſe nūqꝫ fuiſſe vſum tam facili ſtilo. Uñ dr̄. ꝙ triplex eſt ſtilus dictandi ſiue ꝯpilādi. ſcꝫ ſummus mediocris ⁊ īfimus. Primo vtitur Tullius in epl'is ſuis. et Boetius in de conſolatōe philoſophica Scđo vtitur idē i hoc libello

de diſciplina ſcholaſtica. Et tercio cōiter vtuntur quicunqꝫ mentis cō ceptum exprimentes ideomate latino. Proceſſit autem Boetius ordi ne debito. Quoniam intellectus iuuenum propter cerebrum fluidum eſt nō potens recipere difficilia. ſcalatim autem aſcendit Primo em̄ fa cilioribus imbuit. deinde mediocribus. Et tandem ꝑfectioribus ꝛ dif ficilioribus confortatus ad altiſſimorum cognitionem ſe poteſt erigere Ad que q̄dem altiſſima humanus intellectus ſe habet ſicut oculus no ctue ad lumen ſolis. Unde Seneca. Sermo plurium proficit paulatī in animo receptus. ꝛ Boetius in libro p̄dicamentoꝝ. Sciētia feſtina ta marceſſit. mediocri ter vero ſuſcepta aug menta tur ꝛ creſcit

¶ Item notandum ꝙ hoc nomē ſtilus capit multis modis. vn̄ ꝟſus Clauſula materia ſcri bentis ꝛ officium ſit. Ac inſtrumentum di citur eſſe ſtilus.

tractandi fere obmittentes nunquaꝫ leuiori ſtilo perusi. Quoniamqꝫ in ꝑ te maiori rudibus informandis eſt ex ecutio ꝛ tanto dilucidandi leuior trāſ actio.

Um indiſcreti ꝛ impotentis ſeptēnis infantia ducitur ad imbuendū. Uidendum eſt ne mēbro rum indecens ſit diſpoſitio. vtpote ī tegralium. vt manuū ꝛ pedū ꝛ aeris

¶ Expedita parte pro hemiali. ponit Boeti us ꝑtem executiuam. que diuidit in duas ꝑ tes. Primo em̄ ponit impedimenta impediē tia aptitudineꝫ ſeu ha bilitatem recipiendi doctrinam a magiſtro

Secundo oſtendit quomodo pueri in ſcholis nouiter a ꝑpoſiti ſunt in formandi ibi. In primis figurarum elementa. Adhuc prima in duas ꝑm ꝙ duo ſunt impedimenta. p̄mum ex parte corꝑis. ſecundum ex ꝑte cibi ꝛ potus. ſcđa ibi. Cibariorum autem. Adhuc p̄ma in duas. p̄mo facit quod dictū eſt. ſecundo declarat ꝑ exempla. ibi Legitur em̄. Thi mothei filiū. Et dicit p̄mo ſic quando puer ſeptem annoꝝ a ꝑponēdus eſt ſcholis cauendum eſt ne in tali puero ſit indecēs membroꝝ diſpoſi tio Membrorum quidem principalium cuiuſmodi ſunt manus caput et pedes. ita ꝙ ꝑpt corꝑis indiſpōem aīa non impediatur operando ¶ Iteꝫ cauendū eſt etiam ne ſit aeris intemperies ne actus aīe inhabi lis reddatur ꝛ ineptus ¶ Notandū hic ꝙ infans ſcholis mancipandus tria in ſe habebit videlicet corꝑis ſanitatem. membrorum ſaltem prin cipalium integritatem ꝛ victus competentiam ꝛ veſtitus. Indigenti em̄ melius eſt ditari q̄ philoſophari. Indiget homo cibo ꝛ potu ꝛ re liquo famulatu ꝓ corꝑis ſuſtentatione. Inſuper habebit diſcretioneꝫ qm̄ ſicut ſanitas regit corpus. ita diſcretio regit animam. Diſponunt em̄ pueri ad ſcientias tripl'r. p̄mo ex natura. ſecundo ex diſciplīa. tercō ex ſola conſuetudine Nō em̄ modicum refert iuuenem ſic vel ſic aſſue

cere. Comparatur em̄ anima ad corpus cum ſit motrix eius ſicut ar/
tes ad inſtrumenta. ideo ſicut diuerſe artes diuerſa habent inſtrumēta
Non em̄ eiſdem vtitur inſtrumentis ars fabrilis ⁊ carpentatoria. Cō
ſimiliter nec quelibet anima eiſdem vtitur membris. Cum igitur cor
pus ⁊ eius partes ſint inſtrumenta anime. per quod ſuas exercet ope/
rationes. Ideo autor docet remouere nocumenta circa corpus contin/
gentia. vt anima ſuas operationes prompte exerceat per corpus tanq̄
per inſtrumentum. Ideo autor dicit. Cum indiſcretio ⁊c. Et eſt indiſcre
tio referenda ad mentem. impotentia autem ad corpus. Vt ſm philo
ſophum in principio phyſonomie ſue. anime ſequuntur corpora. Ideo
ſi corpus fuerit habile. tunc anima redditur ſubtilis ad exercendum pro
prias operationes etiam aeris intemperies impedit animam in exerci
tio naturalium operationum. quia ſm philoſophū in libro de longi/
tudine ⁊ breuitate vite. vita ꝯſiſtit in calore naturali ⁊ humido radica
li. Sed per nimium calorem humidum radicale diſſoluitur. ⁊ p frigus
intenſuz calor natura
lis extinguitur. Ideo
tempore medio modo
ſe habente pueri ad im
buēdū ſunt mācipādi.

intemperies. vt po te conſtringentis
hyemis obtuſitas. vel comburentis
eſtatis profunditas periculi generet
incrementum

¶ Prius poſuit autor
quedā impedimēta hic
declarat ea per exēpla.
Et diuidit hec ps in
duas ſm q̄ duo ponit
exēpla ſcđa ibi. Silr
pretoris. Et dicit ſic.
Legit de thymotheo
qui habuit filium qui
erat caſtratus lepra in/
cumbente. Et fuit male diſpoſitus in ptibus integralibus ſcȝ in capi
te manu ⁊ pede. ⁊ ille fuit ſcholis appoſitus. Et quia inordinatam ha
buit corporis diſpoſitionem. factus eſt abiectio plebis. ita q̄ erat poſi
tus in deriſionem omnium ſuorum ſociorum. ⁊ p conſequens nihil pfe/
cit. Et eſt ſignū q̄ mala corporis diſpoſitio magnum eſt impedimen/
tum in acquiſitione ſcientiarum ¶ Notandū hic q̄ Thymotheus ha/
bebat filium leproſum. quem conſilio medicorum fecit caſtrari ſpe ſa/
nitatis. qui caſtratus non bene fuit curatus Et fuit idem loripes ⁊ gib
boſus. qui ad ſcholas poſitus plebis erat abiectio ⁊ ſociorum deriſio
vnde melius fuiſſet ipſum non mancipari ad doctrinandum
¶ Item notandū q̄ lepra eſt quedam infirmitas ex nimio calore pue/
niens. Unde colerici vt frequēter ſunt leproſi propter nimium calorez
Et ſm Auicennam duplex eſt remedium contra lepram. Primo dum
iuuenis pcipit lepram diuidere debet veſptilionem. ⁊ membro leproſo
ſupponere. Scđo debet remouere teſticulos. in illis em̄ cōcurrunt om/

¶ Legitur autem Thymothei filiuȝ
lepra incumbente caſtratum loripe/
dem gibbo tumentem doctrine man/
cipatum plebeiam extitiſſe abiectōeȝ
ſociorumq̄ꝫ detra ctionē ridiculoſam

nes vene corporis. Quare in eis eſt calor intentiſſimus qui tepeſcit teſticulis abiectis. Hinc eſt ꝙ caſtrati non barbeſcunt ¶ Nota loripes dicit ille qui habet pedem tortuoſum ſeu pedes tortuoſos . ita ꝙ vnus pendeat circa alium cum corrigia. Et dicitur loripes a nomine lorū vel a nomine lora re. quod eſt corrigia pendens in collo equi Et dicitur loripes quaſi habens pedem ligatum cum lora. ¶ Item gibbus bi dicit tortuoſitas quā habet aliquis in dorſo. que cauſatur ex materia terreſtri. ⁊ ex aliquo ſuꝑfluo. Et de hoc nihil ad propoſitum

¶ Similiter pretoris ſuburbani filiolum canicula inſtigante litteris vidimus mancipatum. Cum autez ſolita nō gauderet vmbracula propria virtute deſtitutus hictrice pena permollitus. ⁊ vitalibus tandem ſpiritibus attenuatus lymphaticis morbis occubuit. Ecce quantum difficultas membrorum indecens diſpoſitio et aeris inhabilitas puerili contulerunt ingenio. ¶ Libariorum

¶ Hic ponit exemplū de ſecundo impedimēto. ſcilicet ꝙ pueri non ſunt litteris appomendi in aeris intemperie. Et dicit ſic. Quidam pretor erat rhome habens filium quem in diebus canicularibus litteris apoſuit. Et cum ille non poterat ire ad loca vmbroſa. ſicut rhomani ſolent facere ne nimia caliditate grauētur. in diebus illis incidit in hictriciam. Et primo debilitatus in ſpiritibus vitalibus moriebatur hydropicus. Tunc vltra faciendo exclamationem dicit. O quantam difficultatem intulit iſtis pueris membrorum indiſpoſitio ⁊ aeris intemperies ¶ Notanduz hic ꝙ pretoria fuit rhome dignitas quedam. Et qui illam habebat dignitatem dicebatur pretor. non ꝙ fuit pre aliȷs torquens. ſed magis aliȷs precipiens. Hec Huguitio. ¶ Item hictricia dicitur quidam morbꝰ proueniens ex nimia calefactione epatis. ꝑ quem homo redditur glaucus ⁊ crocei coloris. Et dicunt medici ꝙ poſt conualeſcentiam illius ſequitur hydropoſis. Unde hictricus dicitur ille qui patitur talez infirmitatem. Et deriuatur a nomine hictrix cis. quod eſt nomē auis glauci coloris ¶ Item canicula dicitur quedā ſtella apparens in fronte leonis. Et igitur ſole in tali ſigno exiſtēte viget calor multum intenſus. ꝗa tunc ſol eſt in propria ſua domo. Et a tali ſtella dies vocātur caniculares. ⁊ tunc tēpa ſunt multū morbidoſa. Et medici ꝓhibent tūc minuere ſanguinē. ⁊ etiā facere coitum cū mulieribꝫ illo tēpe. Nā tunc omnia cito putreſcunt ¶ Item ſpiritus vitales ſunt qui ſolēt venire in venis corporis. ⁊ faciunt motum ſanguinis. qui ſpiritus per modum fumi exalant.

¶ Prius pꝫ ſuit Boetius quedā impedimēta ex parte corꝑis vitanda

hic remouet quedam impedimēta corpori adiacentia. ſicut cibus ⁊ ve/
ſtis. Et dicit ſic. Puero litteris appoſito debet eſſe facultas cibi medio
cris. ſimiliter ⁊ potus. Veſtiū aūt penuria abſit ſibi longe ¶ Notan
dū hic ꝙ ea de cauſa puero ſcholis appoſito mediocris ē facultas ciba/
rioꝝ. Cū eñ pueri vtunꝫ ſuꝑfluitate cibarioꝝ. tunc fit in eis pulſus
quidā ſeu motus ad cerebrū. ⁊ ꝑ conſequens diſcretio impeditur in eis
ita ꝙ ꝟtus cogitatiua ⁊ ſilr memoria in ipis impeditur. Quādocunqꝫ
eñ fiunt motus iſti in cerebro. tūc ꝟtutes ꝑdicte debilitanꝫ. ⁊ ab iſtis ꝟ
tutib⁹ dependet diſcretio intellectus. vt patet plane ex tercio de anima
Et rō nō eſt alia niſi ꝙ cerebꝝ eſt ꝯturbatum. eo ꝙ fiunt multi motus
intellectus diſcretionem impedientes Idcirco pueris mediocris erit
copia cibariorum. Etiam alia eſt ratio quia pueri fortem non habent
calorē valentem digerere cibum fortē. Videmus eñ in pueris ꝙ poſt
prandiū vel cenā obliuiſcuntur lectionū. ⁊ de mane cū memoria fuerit
purgata eiuſdem recordantur ¶ Item notandū ꝙ potus pueri ſcho/
lis appoſiti eadem cauſa erit tenuis. Nam ſi fortem biberit potum de
ſtrueretur in ipo iudiciū ſeu diſcretio intellect⁹. eo ꝙ ex potu tali mul
ti fiunt vapores groſſi aſcēdentes ad cerebrum. vnde cerebrū ꝯturbare
tur ¶ Item notandū ꝙ veſtium penuria aberit puero ſcholis appoſito
ea de cauſa. quia tem/
pore hyemali indiget
veſtibus. ne frigus ex/
cellens corrumpat pro
portionem calidam cū
humido. Similiter et
tempore eſtiuali ne ca
lor excellens ipſam di
ſtemperet.

autem mediocris ſit facultas. potus
autem tenuis eiuſdemqꝫ parcitas ve.
ſtium ſimul abſit penuria.

A primis figurarum elemē/
ta repreſentantium eſt impri
menda dilectio coniungendarumqꝫ
nō parum artificioſa cōiunctio. Nec

¶ Primo autor po
ſuit quedam impedi/
menta ad ſuum propo
ſitum valētia. hic pro
ſequitur ſuum intentum. Et diuiditur hec pars in duas. Primo enim
oſtendit qualiter pueri ſunt informandi in ſcientijs facilibus. Secun/
do qualiter in ſcientijs ſubtilibus ibi. Completo autem. Prima ad/
huc diuiditur in quattuor. Primo enim oſtendit qualiter pueri ſunt in
formandi in orthographia. Secundo qualiter in ſcientia que eſt de ſi/
nificatis vocabulorum ibi. Laborioſi. Tercio quomodo in ſcientia
poetica ibi. Senece autem traditio. Quarto quomodo in ſcientia rhe
torica. ibi. Ceterorum autem. Dicit primo ſic. pueri primo debent ꝓ/
cedere ad orthographiam que eſt ſcientia de coniunctione litterarum
et ſyllabarum. Et ꝙ diu non eſt immorandum illi. nec etiā cito ab ea
recedendum. ſed mediocriter ſibi eſt inſiſtendum. Et ſi hec ſcientia repe
riatur in aliquibus bene diſpoſita ad ſcientias. erit in eis ꝓceſſus habi
lior ⁊ promptior

Notandū hic primo. ꝙ elementū ſumitur vno mō improprie et ſic conuenit materie prime Unde dr elementū quaſi eleuamentū Et ergo materia pma dr elementū. qr ipſa eleuat et ſuſtētat quaſcūqꝫ formas generabiles et corruptibiles Sumitur etiā magis improprie et ſic cōuenit quatuor primis corporibꝫ. cuiuſmodi ſunt ignis aer aqua et terra Et tercio ſumit maxime improprie. et hoc modo ſumitur in ꝓpoſito Et hoc metaphorice ꝑ littera. qr littere ſūt pma pncipia ꝑtium orōnis. Itē notādū ꝙ pueri gratioſe ſunt tractādi quādo pmo aꝑponunt litteris Tūc eni ꝓpter incōſuetudinē valde ſunt attediati Ut ergo tediū ab eis remoueat cuꝫ delectatione ſunt informādi Delectatio eni opantē tenet in opere Itē notanduꝫ ꝙ autor ꝯgrue dicit de tpe quo inſiſtē dum eſt orthographie. quoniā ſcientia ꝑ exercitiuꝫ et maximos labores acqritur. ad huiuſmodi aūt tpis longitudo requiritur.

tali laborioſo certamini multum inſiſtendum eſt. nec cito vt Senio placet abeundum Quod ſi eſt in multis prōptior et habilior inuenietur vſus

Secundum laborioſi certaminis extat edificium improbi didimiqꝫ traditionibus. nec non aliorum philoſophorum quos venerabilis commendat autoritas Animaduertendum eſt autem in huiuſmodi. vt fideli reſolutioni ſub iaceat latina traditio. et in diſcentis ydeomate verbotenus explicata

Oſtenſo primo gradu informatōis iuuenum. hic ꝯſequenter ponitur ſecundus gradus Et diuiditur hec pars in duas partes. Nam primo autor ponit ſecundū gradum informationis iuuenum. Secūdo oſtēdit quanto tempore immorandū ſit fundamento. de quo ad preſens. ibi Fundamenti antē tenacitatē. Et primo dicit ſic. Pueri poſt litterarū et ſyllabaꝝ cognitionē ſunt informandi in ſcientia Improbi et. Didimi q̄ſi dicat Pueri ſunt informandi in ſcientia que tractat de ſignificatis vocabuloꝝ Et debet verbotenus exponi Notandum hic primo ꝙ ſcientia de ſignificatis terminoꝝ ꝯgrue dicitur laborioſa. quia ſignificata dcōnum ſunt multa. ymmo quaſi infinita Modo de infinitis facere certificationem difficile eſt et valde laborioſum Item notandum ꝙ Improbus et. Didimus fuerunt duo magiſtri. qui libros quoſdā fecerunt iuuenibus congruos poſtqꝫ cognouerint litteras. et eas inuicem coniungere. et de illis loquitur autor in littera Item notandum ꝙ inſtructio fienda iuuenibꝫ in ſignificatis terminoꝝ cōgrue dicitur edificiuꝫ. quia pueri tendere non poſſent ſine tali fundemento ad apicem ſcientiaꝝ Unde ſciēduꝫ ꝙ puer primo facilibus eſt imbuendus. quia decliuū habet intellcm̄

⁊ debilem. quare de facilibus gradatim addifficilia procedet Item nota circa hoc ꝙ in littera dicitur (latina traditio) ꝙ oportet vt significata vocabuloꝝ debite exponantur id eſt ſm ydeomatis exigentiam. Eſt enim in cognitione ſermonis ſignificatiui omnis doctrine principiū Et hoc patet teſtimonio philoſophi primo poſterioꝝ volens quid nominis eſſe principum omnis doctrine.

¶ Hic autor oſtendit ꝙ diu ſit imorandū ſecūdo gdui ſcientie dicens ſic Non eſt immorandū ſeu inſiſtendū ſecūdo gradui ſcie p vnū meſez ſiue p curſū ſolꝭ ħ eſt p vnū ānū Sz quſqꝫ mercuri⁹ curſū ſuū ꝯpleuerit q: in vocabulorū cognitiōe oportꝫ ponere fundamentū Et fiat hoc cuz diligētia. quia

¶ Fundamenti autem tenacitatem oportet conſtituere Nec menſtruoſo ſaltu phebes abeundum eſt. Nec ſolari curſu tantum confirmandum. Sed expleto mercurij interuallo. eodemqꝫ fere duplicato diligenter immorandum eſt. Diligentia em̄ cuiuſlibet operis obtuſitas permollitur

obtuſitas cuiuſlibꝫ operis mitigatur per diligentiā ¶ Notandum hic primo. ꝙ autor ꝯgrue dicit (In ſignificatis vocabuloꝝ firmū oportet ſtatuere fundamentū. q̄a ſicut ſe habet fundamentū in edificio. ſic ſe habet cognitio vocabuloꝝ in diſciplinatiōe. edificiū autē habet ſic ſe reſpectu fundamenti ſui. quod ſine ipſo eſſe non poteſt. ymmo ſciaz acquirere volens neceſſario imbui habet in terminoꝝ cognitione Dicit enim phs in primo elenchoꝝ Ignorantes virtutes vocabuloꝝ de facili paralogizantur Et ad litterā preſens exemplū eſt. in qua dicit Fundamēti em̄ tenacitatem oporter in his cōſtituere Eſt autē neceſſariū duplex. ſ. ſimpliciter dcm̄ ⁊ ex ſuppoſitiōe Modo ħ eſt intelligendū de neceſſario ex ſuppoſitione Quoniā ſuppoſito ꝙ quis ſciam acquirere intendat. oportet vt ſignificata terminoꝝ cognoſcat eiuſdē Itez notandū circa hoc quod dicitur in textu (. Nec menſtruoſo ſaltu phebes) ꝙ menſtruuz (a ū menſtruoſus a um) ſignificat infirmitatē quam patiunt mulieres ſemel in menſe Uel menſtruoſum poteſt ſignificare euentū rei in pluribꝫ menſibus vel in ſingulis Sz mēſtruū proprie dicitur collectio ſanguinis in matrice mulieris. vnde nutritur fetus in vtero matris Et eſt talis nature. ꝙ ſi fundatur ſup radicem arboris alicuius. arbor amplius nō creſcꝫ Quia ergo puer tam vili nutritur fomento impotētior eſt in iuuentute q̄ȝ in ſenio ¶ Item nota ꝙ per hoc quod dicit in littera (Interuallo mercurij completo) innuit autor duos annos vel modico min⁹. Puer em̄ habet inſiſtere tanto tempore vocabuloꝝ expoſitioni Item per hoc quod dicitur in littera (Diligentia cuiuſlibet operis) vult autor oſtendere ꝙ nullus tam obtuſus eſſe poteſt quo ad ingenium quin poſſit acquirere ſciam, quoniam volenti pficere nihil eſt difficile.

# Diſcipli. ſchola.

¶ Hic autor oſtendit quō pueri ſunt informādi in doctrina poeti ca. hoc eſt in libris poetaꝝ hic noīatim ſcriptoꝝ vt exīn capiāt noticiā metroꝝ ꝛ diuerſoꝝ vocabuloꝝ. Dicens ꝙ in ſcientijs Senece Lucani ꝛ ceteroꝝ poetaruꝫ in littera tactoꝝ ſunt iuuenes imbuendi quantū ad primū gradum ſcientie. ꝛ ſunt huiuſmodi indaganda ꝛ cellule memoria li cōmendanda ¶ Notandum ꝙ Boetius hic intendit iuuenes effi ci rhetores. ꝛ erudiri in moribus quod ſumme eſt oportunū iuxta illō Senece in de forma vi te de quodā iuuene Cū ctis eſto benignus pau cis familiaris. omnibꝫ equus. ad miſerādū pi us. ad irā tardus. in ad uerſis firmus. in ꝓſpe ris cautus. Item legi tur ibidē de eodē. Eſto fugax viciorum tuorū alioꝛuꝫ vero nō ſcruta tor

**¶ Senece tradicio. Lucani inex pletio Uirgilij prolixitas. Statij vr banitas. dura Fla ctij tranſlatio. duri or Perſij editior. Martiani non in digna leſio. Naſonis diſcretio. ſunt indaganda. memorialiꝗ cellule com mendanda**

¶ Item iuuenes primo inſtruēdi ſunt in dictis Senece. qui multas bonas compilauit epiſtolas. in quibus iuuenes exēplariter ſunt inſtruē di Secundo inſtruendi ſunt in dictis Lucani. ipſe eñ deſcripſit bel la rhomanoꝝ que cum hanibale habuerāt ſꝫ morte preuentus non com pleuit ea Et ad hoc innuendū dicit in textu (Lucani inexpletio Ter cio informandi ſunt in dictis Uirgilij. qui multa ꝛ prolixa compilauit.
Quarto imbuendi ſunt in dictis Statij. qui librum quendā compo ſuit de ritu ꝛ facetia. quod innuit in textu cum dicit (Statij vrbanitas)
Quinto ſunt erudiendi in doctrinis Flactij. qui alio nomine. Hora tius dicitur. vt in textu dicitur (dura Flactij tranſlatio) Horatius enim traſtulit epiſtolas in quibꝫ reſeruat natura gembici. Innuit eñ in gre co quendā nomine Arceleniū. qui carmen quoddā compilauit ꝯtra ſo cium ſuū qui filiam ſuam ipſi ꝓmiſerat. attamē alteri eaꝫ copulauerat.
Sexto docendi ſunt in dictis Perſij. qui libros quoſdā compoſuit re prehēſorios tam bonoꝝ ꝗ̄ maloꝝ. quare dicitur in textu (durior Perſij editio) Septimo debent informari in doctrinis Martiani. ꝗ etiā li bros compoſuit reprehenſorios malorum. quare dicit in textu (Mar tiani non indigna leſio Octauo inſtruendi ſunt in dictis Naſonis. qui libros multos cōpoſuit Et licet ꝓpter naſi deformitatē dicebatur Na ſo. proprio tamē nomine vocabatur Ouidius ¶ Item circa hoc qđ dicitur in textu (Et memoriali cellule cōmendanda). Notandū eſt. ꝙ in capite hominis tres ſūt cellule In prima que eſt in anteriori parte capi tis viget ſenſus cōmunis ꝛ fantaſia. In ſecūda viget virtus cogitatiua ſeu hymaginatiua In tercia q̄ eſt in poſteriori parte capitis vbi reſeruā tur ſpēs ſenſibiles viget virtus memoratiua ſeu memoria

¶ Hic oſtendit ad quam ſciam ſit quarto pcedendum. Et diuidi/tur hec pars in duas. Nam primo oſtendit quō pueri ſunt informandi in rhetorica. Secūdo ponit notabile. ibi Cauendū autem. Primo dicit ſic. Scientia aliorū philoſophoꝝ non eſt pretermittēda. ſed ſtudioſe addiſcē da quantū ſuffert habilitas intellectus. vt inde vigeat dictaminis ſereni tas. ꝛ metroꝝ iocūditas. Et ſubdit dicens Rhetorica Tullij ſummopꝫ eſt appetēda Notan dum hic p̄mo ꝙ duplex ē rhetorica. ſ. pſuaſiua quam tradit Ariſtote les. que procedit pbabi liter p duas ſpēs argu mentationis. ſ. per exē plum ꝛ per enthimema Et illa dr quedā pars logice: nec diſcēda ē ni ſi poſt logicam Alia ē rhetorica vſualis ꝛ trac tat de ornatu loquendi ꝛ illa tradit in poetria noua ꝛ veteri in Labo rito ꝛ i alijs libris plu ribus Et congrue recō mendat hic autor rhetoricam Tullij quiā ſicut modicum valet vſuere ſi ne bene viuere ſic etiā modicū valet loqui ſine bene ꝛ ornate loqui. Se/cundo notādum ꝙ autor hic omnes poetas appellat philoſophos, quod tamē improprie facit. quoniā philoſophi rem conſiderāt per cauſas poe te vero ſolum quantū ad vſum ¶ Item notandum ꝙ autor per dicta/men intelligit carmen pſaice ſcriptum. per metrum vero intelligit carmē metrice conſcriptum

¶ Ceterorum autem philoſophoruꝫ prout ingenij ſufficit capacitas non ſubſilentio eſt pretereunda moralitas Ut ſic dictaminis ſententioſa vigeat ſerenitas. ꝛ metrorum floreat iocun/ditas. Pꝫ Tullij venerabilis facun ditas ſummis deſiderijs ē collocāda.

¶ Cauendū eſt in huiuſmodi ne vt Jocario contigit vobis contingat

¶ Hic ponit quoddam notabile circa predicta dicens Non eſt im/morandū diu nimis ſcientijs dictoꝝ poetaꝝ ne contingat vobis vicium quod Jocario contingebat. Unde ip ſe triginta annis inſudauerat dictis prefatoꝝ poetaꝝ. nec aduertentiā dederat vllam ad dicta alioꝝ. Cū au/tem debuerat preeſſe mediocrib ꝗrebatur ſibi ab vno eorum Cuiꝰ vxor eſſet Eneas. Et reſpondebat ſe nunꝗ inueniſſe in libris. quos tn̄ atten/te ſtuduit Cōſimiliter ꝛ requiſitus a quodam diſcipuloꝝ ſuorum. quan ta eſſet prima ſyllaba iſtius nōis magiſter dixit ꝙ acuto accentu debe ret proferri Eſſet em̄ abſurdum ꝙ prima ſyllaba tanti nominis deberet abbreuiari Poſtea vero de ſocio ad ſocium iuit petens ab eis informa/ri ¶ Et ſubdit autor exclamando quantum temporis ꝛ laboris ille perdiderat Notandum hic primo. ꝙ quidam ſunt qui in veritatis cognitione non poſſunt informari. ꝛ ſunt hmōi duplices Quidam em̄ na turaliter tales ſunt. ꝛ qdam cōſuetudinaliter. vn̄ tales a natura hn̄t cere brum ineptū. ita ꝙ hn̄t intellcm̄ depſſuꝫ ꝛ minime eleuatū. ꝛ illi non hn̄

poſſunt cognoſcere per ſe nota. Qui autem conſuetudinaliter ſunt ta/liter imbuti in vna ſcientia eſtimantes ſe in alia ſcientia non poſſe pro/ficere. quod tamen minus eſt verum. quia ſm ꝙ prius dictum eſt. volen/ti proficere nihil eſt difficile ¶ Item notandum ꝙ Jocarius eſt propri/um nomen viri qui triginta annis inſudabat dictis poetaruꝫ. Cum au/tem ſcholas regere temptaret. dixit ſe dubitare cuius vxor eſſet Eneas Erat eñ rex troyanorum. immo dixit ſe nõ inueniſſe in ſerenitate hemi/ſtigiorum Uirgilij. Unde hemiſtigiũ dicitur ab hemi quod eſt dimidi/um. ꝛ ſtigos verſus quaſi dimidius verſus. ¶ Item nota pro illa litte/ra (dure ceruicis) ꝙ ceruix dicitur vena quedam in collo procedens a cere/bro. ꝛ terminatur in fi/ne dorſi ꝛ dicitur quaſi cerebri via ſiue vis. et ſumitur hic pro capite ſiue pro collo. Et ꝗ cer/uicoſus idem quod ſup/bus ¶ Item contingo vno modo ideꝫ eſt ꝙ tã/go. vt vnus aſſer conti/git alterum id eſt tan/git. Alio modo eſt idẽ ꝙ euenio. ꝛ ita ſumitur hic ¶ Item triginta di/citur quaſi tragentos. Unde gentos ſignifi/cat centum quando pre/cedit n. Cum vero n nõ precedit tunc ſignificat decem. Exemplum vbi n non precedit vt trigin/ta quadraginta. vñ⁹. At ſi precedat gentos cen/tum tibi ſignificabit. Si non precedat deceꝫ tibi ſignificabit

Ipſe vero triginta annis ignoranti/am ſuam predictorum philoſophoꝝ gimnaſijs tradidit imbuendum. Cũ autem dies vt preeſſet mediocribus aduenifſet. ſe cuius eſſet eneas vxor diutius dubitaſſe aſſerebat. quod nõ in emiſtigiorum virgilij ſerenitate in/ueniſſet. Requiſitus autem a ſuoruꝫ quodam prima magiſtri qualiter ver/ſu verti poſſet. Reſpondit abſurduꝫ eſt tanti nominis primam breuiari. ſed acuto accentu pronunciari. Ecce quantũ dure ceruicis obtuſitas tem/poris perdidit ꝛ expenſe

Ompleto autem non huiuſ/modi indebite gimnaſij rudi/mento ad maioris inquiſitionis ſciẽ/

¶ Hic Boetius oſten/dit quomodo ſcholares informati puerilib⁹ ſunt in aliȷs ſcientijs. ſcili/cet in logica informandi. Et diuiditur hec pars in duas. Primo recom/mendat logicam. ſecundo oſtendit quo ordine ſit procedendum ad eam ibi. Ad huius autem. Adhuc prima pars diuiditur in duas partes. pri/mo enim ponit intentum per modum continuationis. Et cum hoc recommendat logicam. Secundo ſubiungit cauſam talis recommẽ/dationis. ibi. Quid autem in cognitione vniuerſalium dicens ſic Poſt ꝙ ſcholaris ꝑfecte eſt eruditus in doctrinis facilioribus. tunc proceden

dum eſt ad ſcientiam. que maioris eget inquiſitionis. videlicet ad logi/cam que eſt ſcalaris domina. ⁊ veri falſiqꝫ indagatrix que quidem titu/lo ſubtilitatis aliarum ſcientiarum obſtupet ſubiecta prebens virtu/tum incrementa ad ceterarum principia ſcientiaruꝫ ¶ Notandum hic primo ꝙ ex littera trahi poteſt tripl'x recōmēdatio logice Primo eñ re commendatur ex ſingulari veritatis inquiſitione. cum dicitur Inquiſitionis. Secundo ab habitus dignitate ſeu habitus communitate am/pliori. cum dicitur. Scientie maioris. Tercio ex ſubtili modo procedē/di. cum dicitur. Quo penetranti veſtium natura ¶ Item nota ꝙ ſci/encia predicta ſcilicet de lingua. de litteris. poeſi ſermonis ornatu. dici/tur indumentum. quia conuenit rudibus ⁊ nouis ſcholaribus in lumi/na procedere intendentibus ¶ Ubi notandum ꝙ logica ⁊ alia queli/bet ſcientia dicitur lumen intellectus. qui illuminatur per ſcientiam. Intellectus eñ ignorans eſt ſicut oculus in tenebris poſitus. Scien/tia eñ eſt perfectio intellectus Et ideo autor dicit in textu lumina Qui/dam eñ textus habent limi'a ¶ Ubi notandum ꝙ principia congrue dicuntur limina. Sicut eñ ingreditur ad domum per limina. nec ſine eis fieri poſſet ingreſſio. ſic nulla aggredi poteſt ſcientia ſine principijs. Unde philoſophus ſecundo methaphiſice dicit. In foribus quis delin/quet ¶ Itēꝫ notandum ꝙ logica congrue dicitur ſcientia maioris acqui/ſitionis. Ipſa eñ ſumme eſt difficilis cuꝫ ſit de entibus rationis. que ſunt cognitionis diffi/cillime. Item cum in littera dicitur logica ē indagatrix veri ⁊ falſi. non eſt intelligendum ꝙ in alijs ſcientijs non ſint veritas ⁊ falſitas. immo in qualibet ſciē/tia ſunt principia ⁊ cō/cluſiones. ex quibus ve/ritas ſequitur ⁊ falſi/tas ¶ Item notan/dum ꝙ logica congrue dicitur obſtupare ſubiecta ſcientiarum. quia rectificat ea. Ipſa eñ viaꝫ habet ad quarū libet ſcientiaꝝ ꝑncipia ¶ Item notandum ꝙ con/grue dicitur domina ſcalaris. Domina quidem. qꝛ dña ſubtilius viro e/mollit. Cū igit̄ logica ſubtilis ſit inueſtigatōis. merito vocat̄ domina Scalaris aūt domina vocatur. qꝛ ſicut ꝑ ſcalam continuus fit aſcēſus et deſcēſus taliter etiā fiet in logica. Primo eñ aſcēdit̄ ad termios ⁊ ad eoꝝ ordinem in ꝓpōnes. ⁊ tercio ad ſyll'os cōſtituēdos ꝑ ꝓpōnē ꝓceditur eoꝝ ¶ Itē nota ꝙ logica ſimulat̄ veſti. Sicut eñ veſtis hoīem circum

tie lumina procedendum eſt. Scientie inqꝫ quā ſolam veri falſiqꝫ noui/mus indagatricem. Solam quoqꝫ ſcientiā ſcientiarum titulo ſubtilita/tis obſtupantem ſubiecta Hec eſt eñ ſcalaris domina. que penetrāti veſti/um natura ad ſcientiaruꝫ quarūlibet faſtigia prebet incrementa virtutum.

dans tegit occulta in ipſo. qꝛ celat membroꝝ diſpōnem ꝛ ſi difformem. Sic ꝛ logica celat occulta. videmus em̄ maiorē celare concluſionem. quoniam maiore poſita non ſtatim ſequitur concluſio Unde dicit philoſophus primo poſteriorum. ꝙ maior antecedit concluſionem tempore. Sed minore poſita ſequitur ſtatim concluſio. Maior igitur ꝓpoſitio celat cōcluſionem ❡ Item logica dicit̃ penetratiua nam ſicut lignū q̄ꝺq̄ꝫ durū penetratur acutum ꝑ cultellum aut ſecurim. ita ꝛ ſi aliquid fuerit difficile ꝑ logicā penetrat̃ ❡ Item logica ſtabilit ꝑncipia aliarū ſciaꝝ. Sed hoc aliquis improbaret ſic. Subiecta ſcientiaꝝ ſunt ꝑcognita primo poſteriorum. igitur non poſſunt ſtabiliri. Reſpondetur ꝙ ſubiecta ſcientiarum non poſſunt ſtabiliri per eam ſcientiam cuius ſūt ſubiecta. tamen bene per ſcientiam communem. qualis eſt logica ꝛ metaphiſica.

❡ Quid enim cognitione vniuerſalium lucidius. que triuialium eſt magiſtra quadruuialium potentia. collateralium aūt virtutum plenitudo.

❡ Poſita recommēdatione logice ſubiungit Boetius cauſam hm̄oi recōmendatōnis dicens ſic. Dictum eſt prius logicam prebere incremēta ꝟtutū ad ꝑncipia aliaꝝ ſciaꝝ. Cuius rō eſt. ꝙ nihil ē clari⁹ cognitōe q̄ncꝫ vl̃ium. q̄ eſt magiſtra ſciaꝝ triuialiū. ꝛ potētia q̄druuialiū. ꝛ plenitudo ꝟtutū collateraliū ❡ Notandū hic ꝙ vniuerſaliū cognitione id ē mō ſciēdi vniuerſali oīs ſcīe nihil eſt vtilius ꝛ lucidius. hm̄oi autē modum tradit nobis logica. Quāuis em̄ logica ſit per ſe ꝛ ꝑmo ſciētia ſpecialis. cōmunis em̄ vt ſic eſſe non poteſt. quia non eſt de omni ente. ſed ſolummodo de entibus rationis Qui tamē actus ratōis ad omnia entia ſunt applicabiles. Igitur logica ex conſequenti dicitur eſſe ſcientia communis. Dicitur autem logica magiſtra ſcientiarum triuialium. potentia quadruuialium. plenitudo virtutum collateralium. Quoniam in logica ē cōſiderare tria ſcꝫ ꝙ ipſa ē ſcientia iudicatiua operatiua ꝛ inuētiua. Qꝫ ipſa ſit iudicatiua pꝫ ꝑ quod nouit vnuſquiſqꝫ ſui ſciti aſſignare rōnem. ꝑ hoc nouit ecōuerſo certus eē in ſuo ſcito Aliquē vero certum eſſe in ſuo ſcito eſt ipm̄ iudicare ſuum ſcitū. Cū igitur poteſt quis dare rationeꝫ ſui ſciti per logicam patet ꝙ logica ſit ſcientia iudicatiua. Qꝫ etiā ſit operatiua. patet quia ipſa docet actus rationis ſcꝫ diuidere. definire arguere. ꝛ ſic de aliꝭs. Sed ſm actū rōnis oēs ſcientie procedunt. Igitur logica in omnibus ſcientiꝭs eſt operatiua. Eſt etiam inuentiua. docet etiam qualiter per notum deueniatur ad ignoti noticiam. Procedere autem per notum ad ignoti noticiā ē ignoti noticiam inuenire. ergo logica eſt aliaꝝ ſciaꝝ inuentiua. ❡ Inſuꝑ ſciēdum ꝙ licet logica in ſingulis ſcientiꝭs docet iudicare inuenire ꝛ opari. efficatius tamen ꝛ principalius ſe habet ad vnum q̄ꝫ ad aliud. Uñ ſm iudiciū per prius ꝯparatur triuialibus. ſ. grāmatice ꝛ rhetorice q̄ꝫ aliꝭs

ſcientijs. Patet hoc. quoniam per illud ſumitur iudicium per quod accipitur rei certitudo. ſed per logicam accipitur rei certitudo in reb9 grãmaticalibus. quia per ipſam in grammatica ⁊ rhetorica reddere poſſumus ſciti noſtri cauſam. Ergo logica eſt triuialium grãmatice ſcꝫ rhetorice ⁊ ſuijpſius iudicatiua Ipſa autem eſt potentia id eſt principiuꝫ operatiuum quadruuialium. quia ſm potentiam operatiuam habet ſe logica per prius ad quadruuiales. Loquitur autem hic de potentia actiua que eſt principium operationis ⁊ tranſmutandi alterum inquantũ alterum. ⁊ non de potentia paſſiua que eſt principium tranſmutandi ab altero. Eſt igitur logica quadruuialium ſcientiarum operatiua potentia. nam potentia operatiua deſeruit ad duo ſcilicet ad formam ⁊ inſtrumentum. Secundum enim iſta duo dicimur operari. Sed cum ita eſt ꝙ logica doceat inſtrumentum ſcilicet actus rationis per quos redduntur omnes ſcientie quadruuiales. Igitur cum inſtrumenta in quadruuialibus ſcientijs ſunt a logica ⁊ potentia operatiua reduci habet ad inſtrumẽtũ ſequitur ꝙ logica eſt quadruuialiũ ſcientiarum oꝑatiua. Eſt etiã collateralium ſciẽtiarum plenitudo q: eſt ſciẽtia inuentiua docens ꝓcedere ꝑ notum ad noticiam ignoti. Et quia ſic inuenit ignotuꝫ. igitur logica eſt inuentiua. vt ſciẽtie ſubalternate inueniunt ſubalternantibus inuentis. Subalternate enĩ poſteriores ſunt. Intelligamus autẽ logicã nõ ꝑ ſubalternanteꝫ ſed ꝑ ſubalternatas ſciẽtias collaterales.

**Quod huiuſmodi autem imperialis domine apicem hoc ordine ſcandendum eſt. In primis terminorum intrinſeca cognitio Eorumqꝫ in propoſitione non latens copulatio. propoſitionumqꝫ non indigna connexio ſunt aptanda. Terminorum autem determinationes. quas ſyncathegorematica appellamus memorialiter ſunt menti imprimende. vtpote q̃ ſophiſtice non parum deſeruiunt fantaſie. Horum autem noticiam meminimus. Crebratium virum prudẽtẽ ſed nõ in hoc peritũ quaſi indignam**

Hic oſtẽdit quo ordine ſit procedendũ in logica dicẽs ſic. In logica procedendũ eſt hoc modo. Primo acquirenda eſt intrinſeca cognitio terminorum. vt ſcꝫ ſciatur que poſſunt eſſe ſubiecta ⁊ predicata Deinde ſciendum eſt quomodo hmõi pñt ordinari in ꝓpõnes. ⁊ ꝯñr quõ ꝓpões ordinari poſſunt in ſyllogiſmos. Deinde diligens fiat inquiſitio circa determinatões terminoꝝ. cuiuſmõi ſunt ſyncathegoremata. hmõi enĩ multũ deſeruiũt ſcie logicali ꝓut deducit autor exẽplariter de Crebratio. q̃ licet in alijs ſciẽtijs fuerat peritus. nõ tamẽ in ill' ſufficiẽter fu

ſt imbutus immo dixit artem ſophiſticam vix relatu dignā̄m. Qua/re vice quadam diſputationis a quodam ſuorum ſcholarium in ea confundebatur. ⁊ ergo a ſuorum ſociorum conſortio ſequeſtrabatur Quo facto quod prius ſpreuit poſtea ſociatim mendicabat. ❡ Notandū hic ꝙ determinatum proceſſum facere volens in logica ꝑmo ſtudebit cog/noſcere terminos logicales puta ſubiectum ⁊ p̄dicatum Nam ſicut litera eſt primum in grammatica ſic ſubiectum ⁊ predicatum in logica prima ſunt menſura. Deinde debet ſciri qualiter ſunt huiuſmodi ad in/uicem componendi ad propoſitionum combinationes. Deinceps qualiter propoſitiones in formam ſyllogiſticam poſſunt inuicem cōbina/ri. Amplius diligenter ſtudebit habere noticiaꝫ determinatam terminorum vt ſunt ſyncathegoremata que in paruis logicalibus. videlicet in ſuppoſitionibus ⁊ in alijs tractatibus Petri hyſpani habentur Item autor congrue dicit noticiam terminorum ad diſcendum. notans per hoc perfectam terminorum cognitionem. ne in primo logicalis proceſſus occurſu contingat oberrare. quoniam modicus error in princi/pio fit maximus in fine. Item dicit ꝙ terminorum copulatio in propoſitione non erit latens. immo manifeſta. quoniaꝫ in logica diuerſa ſubiecta ⁊ predicata inuicem copulantur. Item dicit debite componen/das in formam ſyllogiſticam. non eē̄m quelibet ꝓpoſitio componi pōt cū qualibet. Quinimmo ſcire oportet quid ſit vniuerſale. q̄d ſubalternans. quid ſubalternatum. quid accidens. q̄d ſubſtantia. Itē opus eſt ſcire ſyncathegore/mata. vt ſunt omnis nullus. ⁊ ſic de alijs. Illorum enim ratione multe fiūt deceptōnes Ignorantes em̄ virtutes vocabulorꝫ de facili paralogiſantur.

ſcire relatu ſub ſilentio preterijſſe. die autem conflictus adueniente eundeꝫ miſerrime ſophiſticatione ab his ve/niente detentum. ⁊ a ſuorum collegio ſequeſtratum. Quid vlterius pudoris anguſtia confuſus. id quod prius indignum aſſerebat ſociatim mendi/cabat.

❡ Huius auteꝫ imperialis hereſimbrijs dotata ſophiſtica petulanti animo confuſa nugatorieqꝫ loquacita/tis eulogio peruſa fuco mulieris per/

❡ Hic oſtendit quō ꝓcedentiū ſit ad artē ſophiſticam. Et diuidit in tres. nā primo facit quod dcm̄ eſt. ſecundo ponit notabile ibi Ad iſtorum. Tercio remouet dubiū ibi. Si ꝑe bone ſcie. Primo dicit ſic. Poſt p̄dictas ſciētias ꝓcedendū eſt ad ſciētiam ſophiſticā. qm̄ ipā ē locata in extremitatibus logice. Et ipā ꝓcedit animo petulāti. ⁊ eſt fuco mulieris perfuſa. reſpicitqꝫ alias nationes oblique. quā Alexander et nos cōmentauimus. Unde Boetius dicit ſe iſtā ſciētiā de greco in la/tinū tranſtuliſſe. Et eſt magna cū diligentia appetenda ❡ Notandū

hic ꝙ ſophiſtica in logice extremitate dicitur poſita. Ipſa eñ ſedet in logice extremitatibus cum ſit ſcientia apparens ⁊ non exiſtens. ſophiſtica eniꝫ copioſa eſt ſcientia apparenti ⁊ non exiſtenti. propterea ſophiſtica comparatur ad argumentationem veram ſicut priuatio ad habitum. ⁊ ſicut obliquitas ad rectitudinem. Sicut ergo priuatio eſt poſterior habitu. ita ſophiſtica ſequitur logicam Igitur dicit̄ eſſe ſituata in fimbrijs logice. Eſt autem ſophiſtica confuſa animo inordinato ſeu petulanti ad modum meretricis petulantis. Unde petulari verbū deponentale ſignificat actum venereum exercere. Et ſm̄ hoc dicit Ariſtoteles quarto metaphiſice ꝙ logica ⁊ ſophiſtica verſantur circa idem. differunt tamen deſiderio vite. Dialecticus enim ordinat vitam ſuam ad veritatis inquiſitionem ſophiſticus vero ad apparentiam.

¶ Item notandum ꝙ ſophiſtica dicitur peruſa eulogio nugatorie loquacitatis. Quoniam ſophiſte arguunt verbaliter ⁊ garrulant veram non curantes ſcientiam. Et dicitur eulogium ab eu quod eſt bonuꝫ ⁊ logos ſermo quaſi bonus ſermo ¶ Item ſophiſtica dicitur perfuſa fuco .id eſt colore deceptiuo. Quoniam ſophiſtica vtens nititur decipere reducendo ad metham propter vanam gloriam acquirendam. Unde fucus ē color artificialis ſuperadditus colori naturali quo mulieres deformes perungunt vultus vt videantur ſpecioſe. Eſt autem ſimilitudo quoniam ſicut talis color verum tegit colorem ⁊ naturalem. Sic ſophiſtica veritatem tegit. oſtendens eſſe quod non eſt. ¶ Item ſciendum ꝙ ſophiſtica ſumma cum diligentia eſt adipiſcenda. quoniā ſophiſtica docens vera eſt ſcientia. Diſcimus eñ eā vt nobis cauere valeamus ꝑ ipſam ne decipiamur a ſophiſtice arguentibus.

fuſa barbaras nationes obliquo ſidere reſpiciebat. quam commentarijs Alexandri ⁊ noſtris nouimus decoratam ⁊ tranſlatione confectam ſummo opere curandum

¶ Ad iſtorum ⁊ ceterorum perfectionem triplici ſolemus vti recordatione. Quarum prima vocalis. ſecunda mentalis. tercia cōmunis. Vocalis ſophiſticum facit. mentalis iudicem. Communis ſi continuata fuerit

¶ Hic ponit quoddam notabile dicens. Quicunq; acquirere vult aliquam ſcientiam triplici vtetur recordatione. Quarum prima vocatur talis. que ſcilicet cognoſcere docet voces et dictiones in ſe. non autem vocum ſignificata docet intelligere. Secūda vocat̄ mētalis. q̄ ſcꝫ docet rē ꝯgnoſcere ſicut eſt. Siue que docet ꝯgnoſcere dictionū ſignificata. Notis eñ vocibus addiſcere debet ſcholaris earum ſignificata. Tercia vocatur cōmu

nis.ſcilicet quando habita vocum ſignificatione ꝛ earum expoſitione
fit ipſarum ad inuicem applicatio. Subdit conſequenter ꝙ vocalis re/
cordatio tm̄modo facit ſcholarem apparentem. Multas enim proferē
do voces fit ſcholaris apparenter ſciens licet non exiſtat Sed mentalis
recordatio facit intelligentem. Et talis ſi continuata fuerit perfectum
facit ſcholarem. Item vocalis recordatio quandam generat cecitatem.
Per huiuſmodi enim homo non videt intelligendo. ꝗuis aptitudinem
habeat ad intelligendum. ſed mentalis veram generat ſcientiam. Et cō

**perfectum facit. Vocalis cecitatem.
mentalis ſcientiam. cōmunis vſum.
vſus autem magiſtrum parare feſti//
nat. Sicut enim prudentia ſine iuſti
cia parum vel nihil prodeſt Juſticia
vero ſine prudentia multum. Sic ſci
entia ſine vſu parum vel nihil pro//
deſt. Uſus autem ſine ſciētia multuz**

munis ſcilicet vocalis
et mentalis ſimul vſuz
generat ꝛ promptitudi
nem. Et per huiuſmo/
di ſcholaris tandez red
ditur dignus magiſte/
rio. Quoniaz ſicut ſci
entia virtutum ſine vir
tutum operatione pa/
rum prodeſt aut nihil.
Eſt enim melius vnaz
agere virtutem vt iuſti
ciam ſeu aliam ꝗ om/
nes ſcire virtutes ꝛ ſm
nullam operari virtuo/
ſe. ſm philoſophum primo ethicorum. Sic ſcientia pariformiter ſine e/
ius applicatione ad vſum. vel ſaltem in prompto habitu. nihil prodeſt
aut parum. Operari autem perfecte ꝛ indeſinenter quaſi non deficeret
ſcientia prodeſt multum abſ ſcientia. ¶ Notandum hic primo
ꝙ recordatio vocalis facit hominem apparenter ſcire. recordatio ſ vo
cum ſignificationes facit in dictis certitudinem. recordatio autem ſm
ſignificationes vocum earundem vſitationem facit ꝑfectionem
¶ Item notandum ꝙ prudentia in preſenti textu non accipitur vt ē
vna virtutum cardinalium. que eſt recta ratio rerum agibilium. Sic e/
nim omnes virtutes morales prudentia dicuntur. Sed accipitur hic ꝓ
rei iuſte ſcientia. Unde vult hic Boetius ſcientiam rei iuſte paruz va
lere ſine iuſticia. Sicut em̄ medicina parum valet ſine corporis regimi
ne bono. Corporis autem regimen bonum abſ medicina multū Sic
etiā ſcīa rei iuſte paꝝ valet ſine iuſticia. Juſticia aūt abſ ſcīa rei iu/
ſte multū. Qm̄ ſm phūm. multi opanꝛ iuſte. ſine tn̄ ſcīa iuſticie ¶ Itē
in ꝓpoſito ꝑ vſum intelligiꝛ actus multotiens iteratus. Unde em̄ ſcien
tia ſine vſu paꝝ ꝓdeſt. Verbi gratia ſcire grāmaticam. non autem loq̄
grāmatice parū aut nihil valet. Loqui autem grāmatice vſualiter. et
grāmaticā tamē ignorādo valet multū. Generaliter ergo ſcīa ſine vſu
valet parum. vſus autem ſine ſcientia multum. Uſus etem̄ quēlibꝫ in
ſua facultate efficit potentem. Quamobrem bene dixit Uictorinus.
Natura facit habilem. ars facilem. vſus vero potentem.

¶ Poſito quidam documento remouet dubium dicens ſic. Dictuz eſt ꝙ ad perfectionem ſcientiarum predictarum triplici oportet vti recor/datione. Diceret ergo aliquis. quomodo hec omnia poterunt cognoſci cum ſint difficillima ad cognoſcendum. Reſpondet autor dicens ſic Licet aliquis nequeat in principio omnia apprehendere debet tamen gradatim aſcendere. Ita videlicet ꝙ primo vocalem cognitionem acquire/re debet. poſtea mentalem. ⁊ tunc vlterius communem. Et tandem ex his vnum debet facere continuum ¶ Notandum hic ꝙ oratio in propoſito ſumitur pro ſcientia. ⁊ non vt eſt dictionum ordinatio. Et non eſt hic aliud oratio niſi doctrina ſeu ſcientia. que eſt habitus firmus et verus per demonſtrationem acquiſitus ¶ Item notandum ꝙ Boeti/us in textu dicit (gradatim) ad denotandum ꝙ ſcientia ſucceſſiue acqui/ſita non eſt tam labilis ſicut ſcientia cito acquiſita. Et cauſa huius naturalis eſt hec. quia facilis apprehenſio prouenit ex humiditate organorum. vt puta cerebri. impreſſio enim cito fit in humido. vt notũ eſt talis tamen multuz eſt labilis. Tarda aũt alicuius rei apprehen/ſio ⁊ difficilis prouenit ex organorum ſiccitate Unde in ſubſtãtia du/ra ⁊ ſicca difficulter fit impreſſio figure ſigilli difficulter tamẽ huiuſmodi remouetur. vt ꝑ

**¶ Si vero bone ſcientie tyrunculus. ſeriatim totam nequeat complectere orationem. ſaltem primam capiat pronunciationem. donec gradatiz aſcendendo continuũ producere poſſit effectum**

**Iſiis autem ſententiis leuitatum de ſpeculatione Porphiriana ſcilicet quinqꝫ vniuerſaliũ. que**

bi gratia in cera molli cito imprimitur figura ſigilli etiam ⁊ cito po/teſt remoueri. Pariformiter homines habentes cerebrum humidum ⁊ organa humida. cuiuſmodi ſunt ſanguinei ⁊ flegmatici cito apprehen/dunt ⁊ cito obliuiſcuntur. Hoĩes vero ſicca habẽtes organa valde difficulter apprehendunt. ſed non cito obliuiſcuntur. Et hec eſt cauſa quare melancolici vt in pluribus meliores fiunt clerici. Quoniaz licet rez aliquam difficulter apprehendant. non tamen poſtꝗ̃ apprehenſa fuerit de facili obliuiſcuntur

¶ Oſtenſo modo acquirendi grãmaticam. poetriam. rhetoricam vſualem ⁊ logicã in generali. ꝯñter oſtendit Boetius modũ ⁊ ordinẽ acquirendi logicã in ſpeciali Et diuiditur in duas. Nam primo facit quod dictũ eſt. ſecũdo reſpõdet tacite queſtioni. ibi. Necdũ hec gerunt. Adhuc prima in duas. nam primo facit quod dictũ eſt. ſecũdo in ſpeciali declarat cauſam ſui intẽti ibi. O quantum vtilitatis Dicit igitur primo ſic Poſtꝗ̃ ſufficienter viſum fuerit de acquiſitione grãmatice poetrie. etiam ⁊ de modo acquirendi logicã in generali. videndũ eſt de mõ ⁊ ordi/

ne acquirendi logicā in ſpeciali Et eſt ordo iſte. poſtq̄ puer fuerit ſuffi
cienter informatus in predictis documentis. ulterius informabit ſpecia
liter in logica Et primo audiet librum Prophirij. in quo habetur mate
ria quinq; vniuerſaliū et eorum noticia Deīn audiet librum p̄dicamentorum
Ariſtotelis Et ratio eſt. quia liber quinq; vniuerſaliū que ab Ariſto. vo
cantur mōſtra. introductorius eſt ad cathegorias p̄dicamentorum. q̄ Boe
tius hic dicit ſe bis in cō
mentarijs patefeciſſe

ab Ariſtotele monſtra vocantur. attē
dendum eſt. ad ipſius cathegorias ne
ceſſaria. que luce in cōmentarijs bis
patefecimus. O quantum vtilitatis
haberetur ſi in eis intrinſeca cognoſ-
catur noticia

¶ Non litteralis ſuffronici facul
tas in vicio notanda eſt Jnquā noſtra
quoq; volumina ſtili ſchemate deco-

¶ Notandū hic q̄ Ari
ſtoteles p̄mo poſteriorum
vocat vniuerſalia mon
ſtra deriſorie ad Plato
nem. et hoc congrue. qm̄
plato poſuit ipa eē yde
as ſm rem et rōem ſepa
ratas a ſigl'aribus Poſuit
enī ſpēm humanā in ae
re l' in ſtella ſibi cōpari.
Jllud aūt monſtrū vo
catur qd non generatur
ad ſimilitudinē ſue ſpēi
et per cōſequens vniuer
ſalia cū ſint ppetua o-
portet ipſa eſſe alterius ſpēi a ſingl'aribus. hmōi eīn ſunt corruptibilia.
incorruptibile āt ſimpliciter differt ſpecie a corruptibili Jtē notandū q̄
monſtrum ſecūdo phiſicorum dr illud quod indeterminate ſe habet ad ſue
ſpēi diſpoſitionē Ut ſi homo ſex habeat digitos in vna manu. vel ſi hō
ſit gibboſus ſeu biceps dr eſſe monſtrum

¶ Hic in ſpeciali reſumit ſeu declarat cām ſui intenti. Et diuiditur
in duas partes. primo eīn facit quod dcm̄ eſt. ſecundo remouet dubium
ibi Nonne litteralis Dat ergo cām quare liber Prophirij eſt audiendus
ante librum predicamentorum et alios libros logicales Unde ſine noticia
quinq; vniuerſaliū nulla ſcientia pfecte ſcitur. quoniā ſcientia eſt habi-
tus cōcluſionis. in qua qdem cōcluſione pprius cōcluditur de ſpecie p diffi
nitionē ex genere et differentia integratā Cum ergo put habetur in phe
mio quinq; vniuerſaliū Porphirij ſcientia vniuerſaliū ſit multū vtilis
ymmo neceſſaria ad diffinitionē diuiſiōem et demōſtrationē. ſequitur q̄ ac
quirenda eſt neodum ante predicamentorum noticiā. quinymo etiā et ante
alias qualcūq; ſcientias ¶ Notandū q̄ autor ſignāter dicit (ſi intrin
ſeca) ad excludendū noticiam vocalem. qualem habuit Suffronicus de
quinq; vniuerſalibus. talis eīn non ſufficit Sed mentalis et cōmunis eorum
noticia dumtaxat eſt ſufficiens

¶ Hic remouet vnum dubium. dcm̄ eſt eīn prius q̄ poſtq̄ ſcholaris
ſufficiēter fuerit informatus in grāmatica. informād' eſt in logica Etiā
dcm̄ eſt q̄ ſcholaris primo audire debet Porphiriū et deīn librum p̄dica

mentoꝝ Ariſtotelis ¶ Quereret ergo aliquis. cum diuerſi ordināuerint diuerſa. ⁊ ↄſcripſerint diuerſimode circa p̄dicabilia Porphirij ⁊ p̄dicamenta Ariſtotelis. cuiꝰ q̄lloꝝ opinioni ſtabit ſcholaris Hoc dubiū remouens dicit. ꝙ ſcholaris informādus in logica non cōdeſcendet dictis Suffronici. ſunt eñ huiuſmodi inutilia ⁊ vicio notanda Cuius cauſa eſt. quia Suffronicus tñ vocalem habet noticiam p̄dicabilium Sꝫ ſtabit ſcholarꝭ dictꝭ noſtris. ⁊ p̄cipue dictꝭ ipſius Ariſtotelis. licꝫ eī illa voce ſint tedioſa ſentētia tñ ſꝫ vtiliſſiā

rata. non ſunt omittenda. Ariſtotelis enim tota ſuccinta breuitas. voce licet tedioſa ſit. non tñ eſt infructuoſa.

¶ Malui vero fideli ſeruire tranſlationi ꝙ̄ arrogantie deprehendi temeritate. Quid enim Ariſtotelis lucida veritate ſerenius

¶ Nec dum hec geruntur grāmatice fructuoſitas ē oblinq̄nda aliquo modo Per eam enim cuiuſlibet ſcientie cōmendabilis redditur poſſeſſio.

¶ Hic reſpondet tacite queſtioni Et diuiditur iſta pars in duas ptes. p̄mo fcit hoc qđ dictū eſt. ſecūdo ponit quoddam notabile. ibi Nec dum hec geruntur Primo dicit ſic. dcm̄ ē doctrinā Ariſtotel' fore obſcuraꝫ. diceret ergo aliquis O boeti trāſlator fuiſti Ariſtotelis đ greco in latinū. q̄re nō feciſti doctrinā eius ſatis planam Reſpōdet dicens. ergo malui ſeruire trāſlationi ꝙ̄ aliq̄đ noui ↄ ꝓponēdo temeritate arrogantie forſan reprehendi Vñ boetius tranſtulit doctrinā Ariſtotelis ſicut eam inuenit. quare ⁊ ſub ↄſimilibꝰ tranſtulit eandē Et huius ſignū eſt. qꝛ vbicūꝗ non poterat inuenire latinuꝫ greco correſpōdens ibi poſuit dcōem grecam ¶ Et ſubdit. quid verius eſt ⁊ p̄clarius lucida veritate Ariſtotelis. quaſi di. nihil

¶ Hic ponit vnum notabile dicens ſic Scholaris tpe informatōis ſue in logica oculum ſemꝑ habebit ad grāmaticam. ne ipſaꝫ obliuiſcat' quoniā ſcientie cuiuſlibet poſſeſſio per eam cōmendatur Etiā rhetorica ad audienda predicta non eſt omittēda. ymmo continue acq̄renda. Et omnibꝰ his acquiſitis inſudandū eſt ſcientijs quadruuialibꝰ. cuiuſmodi ſunt muſica arithmetica geometria ⁊ aſtronomia Cauſa eſt. quia ſtudij continuitas in eis generat florem. ⁊ flos ꝓducit fructuꝫ. ⁊ hoc ſi dubitatio admixta fuerit tempeſtiua Dicit eñ ph̄s in predicamētis. Dubitare de ſingulis non eſt inutile ¶ Notandū hic. ꝙ grammatice fructuoſitas ea de cauſa non eſt oblinquēda Quoniā grammatica vt Alanus dicit in anticlaudiano docet tenellos infantes loqui. ⁊ ad loquendū inſtruit. Itē dicit idem. ſicut logica dirigit intellectū ne aberret ratiocinādo. ſic grāmatica dirigit intellectum ne aberret ſermocinando Item gram-

matica docet ſignificatá vocabulorum exprimere. et ſermonem platum intelli gere. Igitur fructuoſitas eius non eſt oblinquenda Item Seneca dicit de grāmatica. Hec eſt ſcientia. qua aperta omnes alie ſcientie aperiuntur qua clauſa omnes alie ſcientie clauduntur. Item dicit Euſebius de ea/ dem. Qui querit alias ſcientias ſine grāmatica querit terminū ſine via. introitum domus ſine ianua. puerū ſine matre. huiuſmodi autem ſunt impoſſibilia quare et impoſſibile eſt alias acquirere ſcientias ſine grāmatica. Unde concluditur quod eius fructuoſitas nullatenus eſt oblinquenda. Item Alphorabius dicit in de ortu ſcientiarum de grāmatica ſic. Grāmatica eſt perfectiua veritatis et totius cognitionis ianua omniumque linguarum errantium et metrorum menſura ¶ Item notandū quod quinque ſunt ab inquiſitione ſcientiarum nos retrahentia Primū eſt vita voluptuoſa conſiſtens in delectatione ſecundum guſtum et tactum. dediti enim ſenſualibus non dantes operam intellectualibus beſtijs ſunt conformes. Unde Hermes terme/ giſtus antiquos ydeotas vitam ſenſualem diligentes increpans ait Ta les enim nulli humanorum operam dederunt. ſed more pecorum vitam ſuā expenderunt. Secundū eſt vita ciuilis. quidā enim intantū ſe negocijs ſecularibus immiſcent. quod ad ſtudium penitus ſunt inepti Tercium eſt defectus neceſſariorum. vnde phs decimo ethicorum dicit. Licet philoſophari ſit melius quam ditari ſimpliciter. non tamē indigenti Preterea alibi dicit idem quod acquiſitis vite neceſſarijs antiqui ſacerdotes egypti propter ad/ mirari inceperunt philoſophari Paucis tamen phs indiget. paucis enim minimiſque natura contenta eſt Quartum eſt negociatio. que maxime deteſtanda eſt. cum bonum anime precedat bonum corporis Homines enim pro bonis corporalibus maximos ſufferunt labores. potius tamē pro bonis anime eſſet laborandū Sicut enim anima nobilior eſt corpore ſic et bona anime bonis corporalibus ſunt meliora et nobiliora Quintum eſt deſperatio de ſcientia conſequenda. cum enim intellectus noſter de ſui natura ſit imperfectus. eo quod ſe habeat a principio ſue creationis tanquam tabula raſa in qua nihil eſt depictū. depingibilis tamē ſcientijs et virtutibus Cum ergo omne perfectibile naturaliter inclinetur ad ſuam perfectionē. huiuſ/ modi autē inclinationē non fruſtrari firmiter tenendū eſt. nec quocūque modo deſperandum eſt de ea.

**Rhetorice quidem lepos. quadruuialium quoque bonos. ſtudij acquiſita comparatione non habent obmitti poſſe. In his autem ſtudij proteruitas florem generat. fructumque parturit. ſi permixta fuerit dubitatio et tempeſtiua**

**Iſtis ſcholarium rudimentis et virtutum incremētis Nūc de eorum ſubiectiōe breuiter**

eſt oꝛdiendum. Quoniam qui ſe non
nouit ſubijci ſe non noſcet magiſtra/
ri. miſerum enim eſſet eum fieri magi
ſtrum qui nunq̄ ſe nouit eſſe diſcipu
lum. Debet autem diſcipuli ſubiecti
o in tribus conſiſtere. in attentione be
niuolentia ꝛ docilitate. Ut ſit doci/
lis ingenio. attentus in exercitio. be/
niuolus in animo. Attentus inquam
ad audiendum. docilis ad intelligen
dum. beniuolus ad retinendum Jſta
ꝑo tria ad ꝑfectiões ɔcurrũt ꝑmutatĩ

Abito modo acquirendi ſciam a diſcipulo. hic ɔſequẽter deter/
minat Boetius de ſubiectione ꝛ obedientia diſcipuloꝝ erga ma/
giſtros ſuos Et diuiditur hec pars in tres. in prima ponit inten/
tũ. in ſecũda dicit cauſam ſui intẽti ibi Quoniã qui ſe non nouit in ter
cia ponit impedimenta quib⁹ impeditur diſcipulus a ſtudio. ibi. Nõ ſit
aũt diſcipulus Primo dicit ſic. Determinato de modo recipiendi ſciam
a magiſtro ɔſequenter
determinãdũ eſt de obe
diẽtia ꝛ ſubiectõe ſcho
lariũ ad mgr̃os Et po
nit cãm ſui intẽti quo/
niã quicũq̄ ſcholarꝫ ñ
ſubiecerit ſe mgr̃o ſuo
ille nũq̄ efficiet mgr̃.
Miſerum em̃ eſſet eũ
fieri mgr̃m qui nũq̄ ſe
nouit eſſe diſcipulũ Et
ſubdit q̄ ſcholariũ ſub
iectio ɔſiſtere debet in
trib⁹. put etꝫ vult Tul
li⁹ ſecũdo rhetorice. vi
delicꝫ in attentiõe doci
litate ꝛ beniuolẽtia vt
ꝑ hec tria poſſit ſchola
ris ad ſcientiaꝝ fructũ
ꝑuenire Debꝫ igit̃ ſcho
larꝫ eſſe attent⁹ in exer
citio attendẽdo dcã ma
giſtri ſui cum diligẽtia Unde exercitiũ eſt actus multotiẽs iteratus vel
exercitus habitũ inducens. Erit etiã ſcholaris docilis. vnde ille dr̃ do/
cilis qui de facili recipe poteſt ſciam ſiue rei cognitionẽ. Et differt a do
cibili vnde illud dr̃ docibile quod cito poteſt doceri Unde docilitas cau
ſatur in diſcipulo quando ſibi lucida ꝛ leuia ꝑponunt̃. vñ⁹ Lucida cũ
breuibus dociles ſunt reddere nata. Erit ꝛ ſcholaris beniuolus. ſ. ad
retinendum audita a ſuo magiſtro ꝛ intellecta Quoniã in maliuolã ani
mam non introibit ſapientia Et pro tanto continue ſtudebit ꝛ attente.
Sicut em̃ teſte philoſopho primo ethicoꝝ vna hyrundo nõ facit ver. nec
vna dies calida facit eſtatem Jta nec vna operatio virtuoſa facit virtuo
ſum Sic etiã vnicum exercitiũ ſcholarem non perducit ad fructum ſci/
entiaꝝ Et ob hoc dicit ph̃us alibi Scientia feſtinata marceſcit madio
criter autẽ ſumpta augmentur ꝛ creſcit Jnſiſtat ergo ſcholaris diligen/
ter ſtudio ſuo ꝛ attente frequẽter laborando Erit etiã ſcholaris doci
lis ingenio Unde ingenium dicitur quedã virtus anime qua defert ſe a
liquis ad intelligibilia. Per tria em̃ premiſſa poteſt ſcholaris prouehi
ad ſcientiarum culmina

# Diſcipli. ſchola.

On ſit autem ſcholaris diſcolus. Diſcolus autem dicitur quaſi a ſchola diuiſus. Scholon grece dicitur vocatio latine. inde dicitur diſcolus quaſi a vocatione diuiſus. Diſcolus autem eſt qui diſcurrit per vicos ⁊ plateas. per tabernas ⁊ meretricum cellulas. per publica ſpectacula. per pompas ⁊ coreas. per comeſationes ⁊ per publicas cenas. ⁊ hoc oculis vagantibus. effrenataq; lingua petulanti animo. vultu incompoſito Omnibus iſtis ſchola poſtponitur. Quodam vero tempore cum cauſa ſanitatis recuperande et ob aeris intemperiem. ritusq; gallorum facetos matronarumq; pios affatus nos ad galliam tranſtuliſſemus multos

Ic oſtendit quedā impedimenta debitam ſubiectionē ſcholariū erga magiſtros impedientia. ⁊ ſunt quatuor. ſ. diſcolia violētia luxuria ⁊ incōſtantia Primo docet de diſcolia. ſecūdo de violentia. ibi Non ſit aūt diſcipulus violētus. tercio de luxuria. ibi A luxurie feruore. quarto de incōſtantia. ibi Cū āt diſcipulus Primo ponit interpretationē diſcoli in greco. ſecūdo ponit ei⁹ deſcriptionē. ibi Diſcolus āt eſt ⁊ tercio oſtendit ꝑ exemplū. ibi Quodā ꝓo tempore. Primo dicit ſic. Scholaris non ſit diſcolus. quia diſcol⁹ interpretatur quaſi ſeparatus a ſcholis. Et ſchola dicitur a ſcholon grece qđ eſt vacatio. i. intentio latine Dicitur ergo diſcolus q̄ſi diuiſus a vacatione ſcholaſtica. i. ſeparat⁹ a cōtinuo labore ⁊ ſcholaſtico exercitio Tunc ſubdens deſcriptionē diſcoli dicit. Diſcolus eſt qui diſcurrit per vicos ⁊ plateas. per tabernas. per domunculas meretricū. per publica ſpectacula. per ludos. per ſuperbas ſocietates. per coreas. per comeſationum frequētationes. per turpes ⁊ publicas ſocietates. ⁊ hoc vagabundis oculis. irrationabili appetitu. effrenata lingua. luxurioſo ⁊ inconſtanti animo. Ex quibus habitis ſchole poſtponuntur ¶ Tunc ibi Quodam vero tempore Hic declarat quod dixit per exemplum. dicens ſic. Cum cauſa ſanitatis recuperande tranſtulerim me ad franciā propter aeris intemperiem. Etiam propter facetiam gallicorum et pios affatus dominarum. vt recolo videbam multos diſcolos in ciuitate pariſienſi. Etiam in in eadem ciuitate aliquos vidi ſcholares diligentes ſed paucos Etiam q̄ non ꝓfecerunt ea de cauſa. quia non aderant fideliter eos inſtruentes in philoſophia. quia eorum magiſtri debiliter fuerūt fundati Vidi etiā aliq̊s flauos britones rhomā ꝑgentes cauſa melius ꝓficiendi ibidē. q̄ magnas incurrerūt expenſas ⁊ fruſtra q̄b⁊ grauiter

condolui. Sciebam enim q rhome non tam valens erat ſtudium ſicut pariſius. licet ſtudium athenienſe excellebat ſtudiuz pariſienſe. ad quod tamen ſe non tranſtulerunt. ymmo ſi tales proprijs manſiſſent in parti/bus. et meo vſi fuiſſent conſilio. ⁊ dimiſiſſent inutilia. Lucretij volu/mina. cum non erant niſi fabule inutiles. non tantum temporis perdi/diſſent ⁊ expenſe. Etiam in eadem ciuitate vidi paucos almanos titulo magiſterij intitulari Etiam vidi aliquos hybernos in ſcientijs prohibi/tis magiſtrari. ſcilicet in necromancia herimancia. ⁊ cetera. Etiam vide/bam ibidem in ciuita/te rhomana poſtmo/dum aliquos de ſcholaribus lippientibus. ⁊ fluentes oculos haben/tibus. Sed que dicta ſunt de predicto exem/plo dicta ſufficiant.

¶ Hic ponit ſecundum impedimentuz determinate ſubiectiōis ſcholarium erga magiſtros ſuos. dicens ſic. Scholaris non debet inferre magiſtro ſuo obprobrium. ſicut fecit Albinus. qui multuz erat dilectus a paren/tibus ſuis potius ta/men erat precurſor ini/quitatis. Cum enim magiſter ſuus. Grilli/us legeret balbutiendo iniecit ipſi manus vio/lentas in caput eius ve/nerabilem maculando caniciem fedo pedum fu/orum acceſſu. Subdit cauſam huius. quia. Albinus totum com/prehendere non potuit quod magiſter ſuus le/gebat. quia bonam nō habebat facundiam.

multos diſcolos vt meminimus vi/ſu percepimus in ciuitate Julij ceſa/ris que pariſius nuncupatur multas autem artes mendicare proſpeximus nullis eis pocula philoſophie mini/ſtrantibus. Flauos vero britannos ſtudij precio rhomam commeantes quibus grauiter condoluimus. athe/nienſium ſcintillulis minime paſce/bantur. cum gallica facetia grecari in/ceperunt. Sed ſi aliud q tortuoſa Lucretij volumina in partibus ſuis inueniſſent. conſilio noſtro non tan/tum perdidiſſent temporis. Herma/nici furoris paucos inſpeximus inti/tulari. Magice autem illuſionis hy/bernie magiſtrari multos vidimus. De noſtris lippientibus patet ⁊ con/uulſis. Sed hec hactenus ſufficiant

On ſit etiam diſcipulus vio/lentus. Violentia autē Albi/nus Albei filius in exemplis pdeat. qui cum eſſet filius dilectiōis magis

Concludēdo dt. heu quātum dedecus quātumq; malignitatis acceſſ° di

tamen iniquitatis precurſor . magiſtro ſuo. Grillio quandoq; balbutienti manus iniecit violentas ⁊ ſceleratas. canam ac venerabilem eius caniciem fedo pedum maculauit acceſſu. Que tanti ſceleris cauſa. ad primam aeris impreſſionem totam nequiuit comprehendere conſtitutionem Proch dedecus. proch infelicis diſcipuli in caput felicitatis exceſſus. Tam ſcelerato. Nero gaudeat herede. Tam coinquinato ſuo. Auicus ſucceſſore. Grillius cum ſocrate

ſcipuli in cuput ſui magiſtri Gaudeat igitur Nero de tanto herede . ſcȝ Albino. ⁊ Auicus de tam coinquinato gaudeat ſucceſſore Grillius gaudeat a ꝓpetitu Senece cũ ſocrate. Subdit. ille non eſt dignus ſcientia. qui ſcientie offendit preceptorē ¶ Notandũ hic. ꝙ violentia q̄ hic ponitur ſcd̄m impedimentũ determinate ſubiectionis diffiniri nõ poteſt niſi ꝑ motũ violentũ Eſt autē motus violentus receſſus a q̄ete naturali. vt ſi lapis naturaliter moueret deſcēderet deorſuȝ Si ꝓ ſurſum ꝓijciat recedit a quiete naturali ⁊ dr̄ talis ꝓiectio motꝰ violentus. ⁊ ſm̄ hoc violētia hic intenta p̄t ſic deſcribi Violentia ē receſſus a determinata q̄ete. que q̄dem quies ꝯſiſtit in determinata diſcipulorũ ſubiectiōe erga mgr̄m. Et pōit boetius exemplũ violētie de Albino ꝓut patȝ in lrā Itē notandũ. ꝙ Albinꝰ fuit hebetis ingenij ⁊ mgr̄ ſuꝰ Grilliꝰ erat balbutiēs ⁊ ſic Albinꝰ cũ q̄nq; nō potuit intelligere in ꝓma ꝓlatione. quare ipm̄ inuaſit venerabilē eius ꝯculcando caniciem Et hoc poteſt exponi dupliciter. vno mō quia Grillius actu erat ſenex ⁊ canus in crinibus Alio mō quia fuit homo diſcretus ſicut cani eſſe ſolent

¶ Item notandũ. ꝙ Nero vt recitat Boetius in tercio de ꝯſolatione philoſophica fuit homo nephandus ⁊ crimino ſus. Unde quadam vice magnũ cupiens videre ignem ciuitatē rhomanā incendi fecit Item videre volebat locũ in quo requieuerat in vtero matris. quare ⁊ matrē ſuam fecerat interfici Item ſcire affectabat quantũ doloris paterent mulieres tempore partus. ideo fecit vocari medicos vt eoꝝ conſilio habere poſſet illius experientiā. vnde medici amminiſtrabāt ipſi potionē ex qua generabant rane Et ſic in ventre magnos patiebat dolores. a quibꝫ tempore modico afflictus liberari voluit. quare medici miniſtrabāt ei potionem vñ ad vomitũ ꝓuocabat. ⁊ ſic ranas euomuit Cui ſciſcitāti vñ ꝓueniſſȝ ipȝ ranas euomuiſſe medici dixerũt ꝙ fetus nondũ ad maturũ tp̄s ꝑueniſſet. ⁊ ſic natura ꝓduxit id qđ melius potuit Item occidit Senecā mgr̄m ſuũ eo ꝙ ſepe corripiebat eũ de vicijs. quadā eñ vice dixit ſibi ſelige tibi mortē quā ſubire malles Seneca vero ſciens ſe euadere non poſſe

eligebat diſpoi in balneo. ⁊ ibi fecit ſe minui in mediana. ⁊ ſic expirauit Et ergo dicitur ſeneca quaſi ſe necans ❡ Item notandū. ꝙ Auicus etiam erat homo malignus: vnde ipſe erat diſcipulus Socratis viri cri ſtiani vnum verum deum colentis Ipſe autē cogere volebat eum ad ſa/ crificandū dijs. quod dum recuſabat. accuſabat eum coram rege. qui fe/ cit eum vocari ad ſuam preſentiā. ⁊ fecit eum bibere venenū in nomine di ſui. quod cuȝ feciſſet nihil ſibi nocebat Poſtea ꝑo fecit eū bibere venenū in nomine ydolorum Quo facto intoxicatus expirauit

Seneceq̈ʒ gaudeat appetitu Non eſt dignus ſcientia qui ſcientie inſurgit preceptori

a Luxurie feruore quiuis diſci/ pulus ſtudeat ſe alienare. quā triplici diuiſerunt ſatyrici partitione Quandam in ornatu veſtium dicen/ tes conſiſtere. aliam in coitu. terciam

❡ Hic ponit terciū impedimentū ſubiectionē ſcholariū erga magiſtros ſuos impediēs quod eſt luxuria Et diuiditur. nam pmo diuidit luxuriā i tres ſpēs ſecūdo ꝓſequitur ponēdo exemplū. ibi Cōtumelioſo coitus appetitu. dicens. Diſcipulus vo/ lens ꝓficere in ſcientijs cauebit ſibi a feruore luxurie. quā diuiſerūt ſaty/ rici in tres ſpēs Prima conſiſtit in ornatu veſtiuȝ. ſecūda in coitu. ⁊ ter cia in ſuperfluitatibꝫ cibi ⁊ potus Tunc reddit cauſam quare ſcholaris ſe abſtinebit a luxuria. dicens Uidemꝰ em̄ multos luxurie ſubiectos tā dem incidere in rabiem ❡ Notandum hic. ꝙ ſcholares ea de cauſa ca/ uebunt ſibi a luxuria. quia ꝓficere volentes in ſcientijs quietā habebūt mentē. ita ꝙ rōnem habeant cōſtantem Etiam erunt abſoluti a paſſio/ nibus corporis ſicut ſunt amor timor ⁊ odium Luxurie aūt inſiſtentes animum habent incōſtantem. ⁊ paſſionibꝰ corporis ſunt occupati. Hu iuſmodi autē corporis paſſiones cum luxuria mentem faciunt inquietā ⁊ animum incōſtantem. quare ſcholaris ꝓficere volens abſtinebit ſe a luxuria ❡ Item notandum. ꝙ luxuria ſm ſanctū Thomam eſt ex im mundis deſiderijs ꝓueniens lubrica mentis ⁊ carnis ꝓſtitutio Uel ali/ ter ſic diffinitur Luxuria eſt libidinoſe mētis appetitus. Appetitus qui dem qui eſt ex conſenſu rōnis. talis em̄ appetitꝰ eſt peccatū mortale. dū ratio non cohibet hmōi appetitum. cum tamē poſſit cohibere Sunt āt luxurie octo ſpēs ſiue differentie Prima eſt fornicatio. ⁊ iſt ſoluti cū ſo luta Secūda eſt meretricum. ⁊ illa fit dupliciter. ſ. aut per vanā libidi/ nem cum diuerſis ſectando. aut cum publica ꝯcumbendo Tercia eſt ad ulterium. quo coniugalis thorus violatur Quarta eſt ſtuprum. quo vir ginalis integritas corrūpitur Quinta eſt ſacrilegium. quo ꝯtinētia deo ſacrata leditur Sexta eſt inceſtus. quo vinculuȝ cōſanguinitatis vel cō paternitatis corrūpitur Septima eſt peccatū cōtra naturam ſiue ʒodo

mia quo naturalis vſus cocundi peruertitur. Eſt aūt omne peccatū cō
tra naturā ſpēi ¶ Unde notandū ꝙ pcōꝝ aliud ē ꝯtra naturā gn̄is. ali
ud ꝯtra naturā ſpēi. Scd̄o mō oē pctm̄ mortale ē ꝯ naturā. qꝛ in rōna
li parte ſinderesis omni peccato remurmurat. ſꝫ ꝑmo modo peccatū ſo
domie eſt contra naturam. Non ſolum em̄ in homine ſed etiam in beſti
is ſunt diuerſi ſexus qui in coitu conueniunt. Et ſi alio modo contin/

**gulositatis aſſiſtricē. Cuiuſlibet ra/
bie fetulenta frequenter nouimus la
borare ſubiectos.**

git contra naturam ge
neris eſt. Octaua ſpeci
es luxurie dicitur eſſe li
bidinoſus coitus con/
iugalis. hic autē mul
tipliciter accipit᷑. Qui
dam em̄ eſt licitus. ali
us fragilis. alius impetuoſus. Licitus eſt triplex. vt quando fit cauſa
prolis ad cultum dei. Uel cauſa reddendi debitum. Uel cauſa fornica/
tionis vitande nō in ſe. ſed in cōiuge. Primus eſt pietatis. ſecundus iu/
ſticie. tercius vero cautele. Et is nullum dicitur eſſe peccatū. Fragilis
coitus ꝯiugalis eſt dum fit cauſa delectationis. Et eſt diſtinguendum
qꝛ vl̓ amor ipſius delectationis proponitur deo. ⁊ ſic mortale peccatum
eſt. Aut poſtponit᷑ deo. ⁊ ſic venIale eſt Sed impetuoſus cōiugalis eſt.
qui ex ſola libidine proueniens methas honeſtatis ⁊ rationis tranſcen/
dit. Et fit qnqꝫ modis. Primo modo cum fit cauſa ſatiandi libidinem
per meretricia blandimenta. Secundo cum fit contra naturalem mo/
dum. Tercio cum fit tempore prohibito. Quarto cum fit loco prohibi
to. Quinto cum accedit᷑ ad pregnantē vicinam partui. vl̓ que eſt in flu
xu menſtrui. Sed vt autor innuit in littera. ſatyrici hoc eſt reprehēſo/
res vicioꝝ diuiſerunt luxuriam in tres partes Quandam in coitu de q̄
dictū eſt Quandam in veſtiū ornatu. Et terciam in guloſitate dicētes
cōſiſtere. Unde ſatyricus dr̄ a ſatyra. ⁊ eſt arbor q̄dā calida libidinis
excitatiua. Inde ſatyricus id ē libidinoſus aut libidinoſoꝝ rep̄henſor.
Hec aūt luxuria pro q̄libet eius ſpecie ſeu parte eſt determīate ſubiec/
tionis ſcholariū erga ſuos magiſtros impeditiua. quare p̄cipue a ſcho
laribꝫ eſt vitanda ¶ Itē luxuria nocet corpi ⁊ anime. Hoīem em̄ de
bilitat. vires eneruat. aīm impedit. corporis conſumit diſpoſitōem. bo
na exteriora annihilat. etiam nocet oculis. quoniam luxurioſi frequen/
ter habēt oculos rubicundos ⁊ lippiētes. Et tangūtur ꝓprietates pre/
dicte in his metris. Femina corpus. opes. aīam. vim. lumia. voces. De/
ſtruit. annihilat. necat. eripit. orbat. acerbat. Item Ingeniū. mores. a/
nimā. vim. ſenſus. honores. Tot ꝑdit vere bona clericus in muliere.
Itē dr̄ in textu (fetulēta rabie) ⁊ ꝯuenienter. quoniā ſm medicos nimia
luxuria cauſat debilitatē cerebri. ⁊ ſic homo debilitatur in capite. ⁊ ſic
qui frequenter vtuntur luxuria fiunt dementes ⁊ furibundi. quare a lu/
xuria abſtinendū eſt. Unde philoſophus in quadam epiſtola ad Albi/
nū ſic inquit. O clemens imꝑator non inclina te ad coitum. quia eſt ꝓ/
prietas porcorum ⁊ actus brutorum. Scio enim ꝙ eſt corporis deſtruc

tio. vite breuiatio. virtutum corruptio. legis tranſgreſſio. malorū mo
rum generatio. Etiam per nimium coitum impeditur digeſtio nutrimē
ti. Etiam conſequitur inhabilitatio ſiue organorum indiſpoſitio. et
principaliter cerebri. Et luxuria bene dicitur proprietas porcoruꝫ eius
immundiciam quia ſi natura tantam non appoſuiſſet delectationem
ad actum luxurie nul/
lus talem perficeret

¶ Contumelioſo coitus appeti/
tu ſanguineum Lucretij filium zeno
nis diſcipulum omnis rhoma fleuit
inuſitatum. Qui tam clariſſimis or/
tus natalibus. quantitatis procere.
qualitatis ſanguinee. mire ſiquidem
eloquentie. perſpicacis ingenij Sed
quotidianis et vltra debitum nature
nuptijs gaudebat. patre penam dif/
ferente ⁊ patrimonium parentumqꝫ cē
ſus illicite conſumebat. Cunctiſqꝫ ze
lotipijs imminebat. aleis autē ⁊ me
retricum cellulis ſemper inhiabat.
proprio non deſtitutus pruritu. a pa
rentibus eiectus ab amicis et conſor
tibus deſtitutus. Creditoribus vn/
diqꝫ fatigatus. notis et ignotis fur/
tim ſtuduit aſſiſtere. a crucis anguſti
is creberrime a patre redemptus eſt.
Ultimo cum parentis penuria rede/
mi non potuit. eundem ad eum la/
chrymis venire compellebat. oſcu/
lumqꝫ ab eo voce querula petebat.

¶ Item notādūꝫ
ꝙ ornatus veſtium ſi/
ne guloſitas non dici/
tur act⁹ luxurie forma
liter vel eſſentialiter. ſꝫ
cauſaliter ⁊ diſpoſitiue
homo enim pulchra ha
bens veſtimenta ⁊ ſin/
gulis in membris diſ/
poſitus citius ad luxu
riam inſtigat. Et mu/
lieres in tali potius de
lectantur. quare ⁊ taleꝫ
ſepius alliciunt. Etiā
guloſitas diſpoīt ⁊ cau
ſat luxuriam. Iuxta il
lud commune dictum.
Luxuriat raro non be
ne paſta caro. Et ſic p
oppoſitum homo cra/
puloſus ſepe commit/
tit luxuriam.

¶ Hic per exem/
plum confirmat dictuꝫ
ſuum. ꝙ ſcilicet nullus
exerceat actum libidi/
nis. dicens ſic. Tota ci
uitas rhomana defle/
uit filium Lucretij ꝗ
fuit ſanguineus ortus
de parentibus nobilib⁹
et habuit corpus bene diſpoſitum. et erat facundus ⁊ ingenioſus. Ni/
mis enim inſiſtebat luxurie conſumendo bona parentum ſuorum cum
meretricibus ⁊ taxillis illicite. ſic ꝙ tandem a conſortio ſuo deſtitueba
tur. quando ſcilicet amplius expendere non valebat. ⁊ quotidie vexaba
tur a creditoribus ſuis. tandem vero non potens plura acquirere. fura/

ri incepit. immo pater ſuus ipſum a patibulo redemit. Patre vero eius totaliter depauperato per ipſum. ⁊ ex conſequenti per illum amplius redimi non potuit. Adductus tandem ad patibulum. voce querula oſculum a patre ſuo petebat. Et patre ſuo ex pietate moto paterna. oſculumq̧ prebente morſu acutiſſimo ſecuit eius naſuꝫ in hec prorumpens verba. Pater quare non correxiſti me tempore errorum meorum puerilium. quare me non permiſiſti documentis magiſtri mei obedire. ⁊ quare te non prohibente ſocios meos contempſi. quaſi dicat. hec omnia mihi prouenerunt ex quo non correxiſti me tempore determinato. Ad dandum igitur alijs exemplum vt corigant filios exceſſiuos amputaui vobis naſum veſtrum. Subdit autor. neceſſe eſt patrem intendere correctioni filiorum ſuorum. ⁊ magiſtrum ſuos diſcipulos moribus bonis informare. ¶ Notandum hic ꝙ vt patet in textu. neceſſe eſt patrem intendere correctioni filiorum ſuorum Ratio eſt quia teſte philoſopho non parum differt puerum ſic vel ſic aſſueſci. Pueri enim per correctionez a prauis moribus reuocati quendam ſibi aſſumunt habitum boni Incorrecti vero in vitia ſe declinantes habitum acquirunt vitij. Quod poeta attendēs hortatur patres ad correctiones filioruꝫ hoc modo. Lucretij caſuꝫ pater horre. non ſine natum. Incaſtigatum ſi non vis perdere naſuꝫ.

Pietatis autem motione filij petitio patrem erexit. Erectiq̧ filius naſum morſu acutiſſimo ſecuit dicens Quarea meis malis erroribus incaſtigatus euaſi. Atquid magiſtri mei documentis non obediui. ſocioſq̧ meos contempſi. Filij patrē caſtigatōni neceſſe eſt indulgere. magiſtrūq̧ mores diſcipulum informare

¶ Ecce ꝙ̄ meretricū deteſtabilis eſt incurſus. Eſt eīn meretrix nonaria inferni ianua. via iniq̄tatis. ſcorpionis

¶ Priꝰ docuit autor fugā luxurie Hic ꝓſequndo intētū docet fugā meretricum dicens ſic. Quāta mala ꝓueniūt meretricū acceſſibꝫ Et deſcribit meretricē ſic. Meretrix ē nonaria. ianua inferni. via iniq̄tatis ſcorpionis ꝑcuſſio. viſcarū ſceleris. ⁊ puteꝰ interitꝰ. Addit autor ꝙ ſit aliq̄ alia ſpēs luxurie. q̄ ſcꝫ nō eſt in coitū cui vir cū muliere. ſꝫ ſoluꝫ in coitu viri cū viro. illa ē deterior q̄libꝫ pctō. quod ꝑ luxuriā fieri pt Subdit aū. ꝙ nocumētū ꝓueniēs ſcholaribꝫ a luxuria q̄ in coitu ꝯſiſtit pꝫ de Jacictino ⁊ Jouino viris prudētiſſimis q̇ potiꝰ volebāt mori ꝙ̄ vitio pdcō ſuccūbere ¶ Notādū hic ṗmo ꝙ meretx ꝓ tāto dr̄ nonaria. qꝛ āti qtꝰ meretrix ꝯparere ñ potuit ī loco cōi añ nonā Itē ꝯgrue meretrix dr̄ ianua īferni qꝛ ꝯuerſās cū meretricibꝫ bōa negligit oga Et iō tal' ad in

fernum habet inclinationem per eaſdem. Quare meretrix congrue dici tur via ſiue ianua ducens ad infernum. Item dicitur via iniquitatis. qꝛ nunꝗ̄ ſuadet ad bonum ſed potius ad mala queuis peragenda. Itē dicitur ſcorpionis percuſſio. Unde ſcorpio dicitur quoddam animal ore lingens ꝛ cauda venefica pungens. pariformiter ꝛ meretrix lingit. id ē dulcia profert verba. quibus ſecum conuerſantes decipiuntur. Pungit autem cuꝫ cauda. quia ducit homines ad multa pericula. ſic ꝙ homo ne dum deſtruit corpus. verumetiam ꝛ totam ſuam conſumit ſubſtantiam et cum hoc amittit honorem. Item congrue dicitur puteus interitus quia eſt fouea mortis. Unde cum meretricibus continue conuerſantes cadunt frequenter ad foueam mortis. nedum corporalis. verumetiam ꝛ perpetue. ¶ Item notandum ꝙ Iacinctinus ꝛ Iouinus cogi non po terant ad actum luxurie. immo potius mori voluerāt. quod intelligi debet de actu luxurie zodomitice. Item ſm alios Iacinctinus ꝛ Joui nus moriebantur. qꝛ non coierunt. Unde coitus quandoqꝫ neceſſarius eſt vite. quia ſuperfluitates per ipſum remouentur.

percuſſus viſcarium ſceleris puteus interitus. Et ſi qua eſt alterius luxurie ignominia qualibet alia grauior ſcelere deterior. Interitus autem Iacinctinus cunctis patet et Iouinus.

¶ Hic proſequitꝛ de ſecunda ſpecie luxurie. Et diuiditur hec pꝰ in tres. In prima oſtendit quomodo prima et ſecunda ſpecies luxurie habent ſe ad inuicē correlatiue. In ſecunda remouet quoddam dubium ibi. Uinum autem modice ſumptū. In tercia facit exclamationē

Omeſationibus aūt ꝛ ebrietatibꝰ ſcda ſpecies luxurie dotata permutatim cum predicta tanꝗ̄ cauſa ad cauſatum gaudet ſuſtineri. Propter enim coitum fit ebrietas relatiue. necnon ceterorum viciorum

ad ebrietatem ibi. Que ꝯſorte vinoſo. Et dicit ſic. ſecunda ſpēs luxurie ꝯſiſtens in diuerſis crapule generibus gaudeat permutatim cum ꝑma tanꝗ̄ cauſa ad cauſatum quoniam ebrietas fit relatiue propter coitum. Et etiam propter variorum vitiorum genera. ¶ Notanduꝫ hic ꝙ comeſatio dꝛ vſus illicitus ꝛ īmoderatus ciboꝝ ꝛ potuum

¶ Item notandum ꝙ ꝑma ꝛ ſecunda ſpēs luxurie pro tanto dicuntur ſe habere ſicut cauſa ꝛ cauſatum. quia ebrietas eſt propter coitum. et econtra. Unde Symon expoſitor dicit ꝙ comeſatio maximum inducit calorem. Ille autem calor diſſoluit materiam que eſt in iuueibꝰ. ſeu diſſoluit materiā quam inuenit. Et illa materia ſic diſſoluta emittitur per coitū. ita ꝙ ebrietas eſt diſpoſitio ad coitū. vt cauſa ſe habēs ad coitū tanꝗ̄ ad cauſatum. ¶ Item notandū ꝙ duodecim ſunt ſpēs

ebrietatis. vñ⁹ His ſex credatis ſpecies ſunt ebrietatis. Eſti vilis p̄m⁹ ſapiens eſt alter opimus Ternus multa vorat. Quart⁹ ſua crimina plorat Quint⁹ luxuriat Sextus ꝑ omnia iurat Septim⁹ attendit Octau⁹ ſingula vendit Nonus nil celat. qđ habet ſub corde reuelat Somnia denus amat Undenus turpia clamat Et cum plenus vomitū patrat duodenus Uel ſic p̄dicte ſpēs aliȷ̄s ꝯtinentur metris Ebrius atq̄ ſatur his eccc modis variaꝛ Hic canit. hic plorat. hic eſt blaſphem⁹ h orat Hic eſt pacific⁹. hic eſt nullius amic⁹. Hic ſaltat letus. hic eſt ſmone fa cetus Iſte loqui neſcit. hic ceſpitat ille pigeſcit Hic eſt clamoſus. h ē verbis vicioſus Diſputat hic. ille currit ꝑ cō- puta ville Nunc deciū iactat. ſociuȝ feriēdoq̄ mactat Nūc ſeruit veneri. ſomno vult ipſe teneri. Hic vomit. hicq̄ vorat. ſic bacchi turba laborat Unde dicit ipſemet. Bacch⁹ loquēs đ ꝓprietate vini hec metra Sum deus atq̄ color. nam duȝ ꝑ guttura color Mutatur color. cedit a corde dolor Uinum dat feſtum. frigus cōuertit in eſtum Letificat meſtum. miſerum q̄ȝ reddit honeſtum

genera ¶ Uinum autem modice ſumptum acuit ingenium. vel intellectui videtur conferre acumen Non autem modice ſumptum rationem ꝑturbat. intellectum habetat. memoriam eneruat. obliuionem immittit. errorem infundit. ⁊ ignorantiam inducit. Ubi enim ebrietas ibi furor dominatur. vbi furor ibi nulla ſapientia. ſed deſipientia preuagatur. De huiuſmodi vero cotidiana nobis patent exempla. ⁊ virtutum decrementa

¶ Tunc ibi (Uinum autē) Hic remouet quoddā dubium. diceret em̄ aliquis. an ne ſcholaris poſſit ſumere aliquē potū inebriatiuū Hoc dubium remouens dicit. ꝙ ſcholaris bene poteſt ſumere vinum qđ ſolet inebriare Dicens ſic. vinum moderate ſumptū ſubtiliat ingenium: ⁊ intellectui confert acumen Si vero ſumatur immoderate. ꝯfundit rōnem hebetat intellectū. eradicat memoriā. inducit obliuionē. dat errorē. ⁊ aministrat ignoranciā Et ſubdit cām dicens. vbi em̄ ebrietas ibi cōmotio animi videtur habere dominiū Et vbi cōmotio animi ibi nulla diſcretio. ſȝ potius regnat ibi ſtulticia Et cōcludit ſic dicens. ꝙ cotidiana exēpla hm̄oi ebrietatis ⁊ ꝟtutū damna patent. per qđ excuſat ſe de exēploꝝ aſſignatione ¶ Notandū hic ꝙ ea que in textu dicunꝛ ſup recommendatione vini de bono vino ſunt interp̄tanda ⁊ ſubtili groſſuȝ ei vinum ⁊ vile nocumentū inducit intellectui ⁊ rōni. quocūq̄ tiā modo ſumatur. vñ⁹ Uinū ſubtile facit in ſene cor iuuenile Sed vinū vile dat cor iuuenile ſenile. Item notandū ꝙ vinum ea de cauſa đr acuere ingeniū

dummõ modice ſumatur. q2 virtualiter eſt calidum . ⁊ exſiccat ſpũs ſub
tiles ſeu vitales in homine aperiens venas p̲ quas mouent̃ ſpũs ⁊ ſpẽs
intelligibiles ad intellcm̃ Unde vinum nõ req̃ritur ꝓpter intellcm̃. intel
lectus em̃ in ſingulis hominib9 eſt eque ſubtilis. q2 nõ eſt ꝑmixt9 ꝯmis
qualitatib9. Sz tm̃ requirit̃ ꝓpter ſenſus ⁊ organa eiuſdẽ. q̃ pñt ſubtil
ari Itẽ notandũ ꝙ vinũ immoderate ſumptũ ea de cauſa dr̃ eneruare
memoriã ⁊ intellcm̃ he
betare. q2 groſſi vapo/
res ex vino ĩmoderatẽ
ſũpto replent venas p̲
q̃s ſpẽs itelligibiles de
ferri deberẽt ad memo/
riã Uñ intellect9 in ſu
a opatiõe dependet a v̲
tutib9 inferiorib9. cui9
modi ſt̃ fantaſia ⁊ v̲tus
cogitatiua Et ille p̲ im
moderatã vini ſumpti
onẽ impediunt̃. ⁊ p̲ ꝯñs
intellect9 in ſua opatiõe
Item notandũ ꝙ me/
moria reſidẽs in vltĩa
capitis p̲te ſicca eſt re/
ſeruãs ſpẽs reꝝ ſenſibi
liu3 Unde quãdo illa
nimium humectatur per groſſos vapores cerebri humefactiues ⁊ orga
noꝝ ſenſitiueꝝ redditur homo obliuioſus. ¶ Itez notandũ ꝙ vinũ
immoderate ſumptũ perturbat rõnem ⁊ memoriam hebetat. quod pa/
tet per ſimilitudinẽ platonicam Unde plato aſſimilat humanũ intellec
tum flamme viridium lignoꝝ. talis em̃ eſt obſcura ⁊ lucẽs minime Per
rarefactionẽ vero viridium lignoꝝ ⁊ deſiccationẽ eorundẽ flamma effici
tur lucens ⁊ clara Pari modo intellectus humanus per nimiam potus
reſumptionẽ confuſus efficitur ⁊ obſcurus Comparat etiã idem intel/
lectum hominis ſobrij flamme ſiccoꝝ lignorum ⁊ rarefactoꝝ. put ex p̃/
miſſis ſufficienter poteſt colligi     Tunc ibi (Que peſtis ⁊c̃.)

¶ Que peſtis conſorte vinoſo de
terior eſt. qui ſi nequeat ſtudere. cete
roſq3 ginmaſijs corrodit inhiare. vel
horrorem litis conſonat. vel pugnis
ceſus opem orat. O qualis ꝑmixtio
ſtudentis ⁊ diſſolutio. Eijciat ergo ta
les ab integritate conſortij prudentũ
diſcretio ordine irregreſſibili ⁊ tem/
pore determinato. Hec aũt ſpecies ſe
cunda prime quãdoq3 preambula eſt
poſterioris autẽ pediſſequa ⁊ appeti

¶ Hic. Boetius facit exclamationẽ contra ebrietatem dicens Que
peſtis eſt deterior q̃3 ſocius ebrius Nam ſi ipſemet nõ vult ſtudere alios
a ſtudijs impedit ⁊ prouocat ad diſcordiã Et ſi quãdoq3 p̲cutiatur pug
nis propter ſuam ebrietatem. rogat alios vt ſibi aſſiſtant ſuã vindican
do leſionem. O quanta ſtulticia generatur etiã conſorte ebrio Quilibet
igitur prudens ſcholaris abſtinebit ſe a conſortio vinoſoꝝ ãmouens ip
ſos vinoſos ab integritate conſortij. ⁊ hoc ordine inegreſſibili ⁊ tẽpore
determinato Subdit ꝙ hec ſecunda ſpecies luxurie quãdoq3 precedit
primã ſicut cauſa cauſatũ. ⁊ quãdoq3 ſequitur terciam ¶ Tunc excla

mādo dicit. O quantū erroris immittit ebrietas. niſi freno ſobrietatꝫ ad plenum corrigatur ¶ Notandum ꝙ ſobrietas maxime eſt diſide/randa. vn̄⁹ Sobrietas flos eſt. ſua merces optima dos eſt. Et per conſe/quens ebrietas eſt maxime fugienda. vn̄⁹. Ebrietas frangit quicqd ſa/pientia tangit Unde dicit Symon expoſitor in actib⁹ Alexandri regis magni ꝙ eius natura fuit de facili inebriari. Quodā enim tp̄e dum in/ebriat⁹ fuiſſet incepit ludere cum quodā mili tū ſuoꝝ in ludo ſcaco/rum. ⁊ miles eum ſupe rauit. itaqꝫ multa lucra tus fuerat Et tandē ad regem dixit. Dn̄e ego matto vos Un̄ rex val de ꝯmotus fuit ⁊ dixit Quō poſſes eum ſupa re quē totus mūd⁹ ne/quit ſupare Tūc dixit miles Domine rex ego appello. Tunc rex ma gis ꝯmotus dixit. Si tu appellas tunc maiorem ſcis iudicē. cum tamen nullus ſit ſup me Cū aūt miles deberet ſuſpendi dixit iterū Domine rex ego appello Cui rex dixit Ad quem appellas. Miles vero dixit Dn̄e rex ego appello ab alexandro ebrio ad alexandrū non ebrium. Tunc rex motus fuit alia rōne. ⁊ ſibi inducias vſqꝫ ad craſtrinū diem dedit Tūc ſequenti die venit mi/les ad regem. Et quia paſſiones fuerunt tunc ſedate in rege. ipſe īſpexit militis ſapientiā. ⁊ dimiſit eum viuere Unde manifeſtum eſt ꝙ homo ſobrius nobilior eſt ebrio ¶ Item notandū. ꝙ caſtigare ad vnguē eſt perfecte intrinſece ſeu vltimate caſtigare. ſicut faciūt lapicide volētes be ne lapides planare iudicāt ꝑ vnguem. ⁊ per hoc vident vtrum ſit ibi ali/qua tortuoſitas vel non Et cōſimiliter in propoſito eſt faciendū Item notanduꝫ ꝙ ebrietas multiplicīter poteſt remediari Primo per ſomnū quoniā ſm naturales phos optimum eſt ebrijs remedium vt dormiant. Sic enim ſupfluitates melius ꝯſumūtur. in ſomno eīn optima celebra tur digeſtio. Secundo per comeſtionē. ſcꝫ modicum comedēdo in quod agat potus. Tercio ponēdo teſticulos ebrij ad aquā frigidam

tiua. O quantum erroris immittit ebrietas in mentem. niſi freno ſobrietatis caſtigetur ad vnguem

**Ercia vero ſpecies luxurie eſt concupiſcentia. que ornatibus inhiat. potentumqꝫ progeniei maritata conſiſtit.**

**Quibus paupertatis tuta facultas**

Xpedito de duab⁹ ſpeciebus luxurie. hic ꝓſequitur de tercia. Et diuiditur hec ꝑs in tres ꝑtes. primo eīn oſtendit q̄ ſit tercia ſpēs luxurie. ſcd̄o ꝑ ſuas ꝓprietates eam notificat. ibi Hec āt veſtiū tercio declarat eam ꝑ exēpla. ibi Cum quondā Et dicit primo ſic. Ter/cia ſpēs luxurie conſiſtit in ꝯcupiſcentia. que intendit ornatū veſtium ⁊ eſt coniuncta ꝓgeniei potentū ⁊ diuitib⁹. paupib⁹ aūt eſt aliena. licꝫ pau peres ſint inuiti. Unde non vult Boetius aliud in p̄nti lrā niſi ꝙ tercia

ſpecies luxurie conſiſtit in ornatu veſtimentoꝝ ¶ Notandū hic ꝙ tercia ſpēs luxurie magnū facit impedimentū ꝓficere volentib9 in ſciētijs quicūꝗ em̄ affectant veſtium diuerſitatē ⁊ ornatū ſemꝑ intendūt cauſam placendi populo Volentes aūt habere cognitionē veritatis deſtruere debent omnes delectatōes ſeculares.ſiue ſint in cibarijs ſiue in veſtiū ornatu. ſiue ī coitu.vt dicit phūs in libro de pomo

Tūc ibi(Hec autē) ¶ Hic notificat terciā ſpēm luxurie ꝑ ſuas ꝓprietates dicēs Qꝫ gaudet frequēti variatione veſtiuꝫ ⁊ eaꝝ ſigillatione de membro ad mē/brum. Gaudet etiā fa/ciē ꝑfundere fuco.gau/det etiā florum diuerſitate.gaudet etiā continua raſura. gaudet etꝫ diuerſis morib9 ⁊ cingulis parthoꝝ etiā gaudꝫ veſtiuꝫ ꝑtes ſpeciebus odoriferis adīplere So let etiāꝫ incedere collo monilib9 ornato. Gaudꝫ etiā incedere calceis roſtratꝫ ad moduꝫ regine.⁊ īcedere collo elato gutture inflato.ſuꝑcilio mutulato .oculo impudico Gaudet etiā incedere ſemicircularit .⁊ ſolet ſeruientib9 loqͥ ꝓterue Solꝫ vexare vicinos verbis cōtumelioſis Et addit ꝙ hec ſpecies multuꝫ nociua eſt acquirere volētib9 ſciētiāꝫ ⁊ doctrinā Inhiā/tes ei iſti ſpeciei raro ſolent eſſe in ſcholis. ſed poti9 fugiūt a ſcholis ¶ Tunc Boetius fcit exclamationē ꝯtra

cultas cedit licet inuita.

¶ Hec āt ſpecies gaudet veſtiū frequēti variatione. earumꝗ in ſigillatione membratim pectinis beneficio ceſa/riem polire. ⁊ calamiſtri tortuoſitate florumꝗ diuerſitate ſerratim laſciuire. faciem fuco perfundere. Nouacu leꝗ frequenti caſtigationi inhiare. ſi/num aromatibus implere. gemmatiſꝗ colla monilibus ornare. partho/rumꝗ cingulis ventrem caſtigatum plebi oſtendere. roſtratis tabulatiſꝗ calceis. vt regina incedere. collo elato gutture inflato. mutulato ſupercilio oculo impudico. faſtidioſoꝗ inceſſu ſemicircularis procedere gaudet Raris autem parumꝗ modeſtis ſer/monibus ampullare. appoſitiſꝗ ci/barijs omnia faſtidire. litibus ſerui/ens probris: affines ignotoſꝗ cruciatib9 affligere. Ultimo raroꝗ ſcholis intereſſe parū ꝓdeſſe ꝑmo. eiſdemꝗ abeſſe feſtinat. O q̄lis ⁊ q̄nta vicioꝝ eſt ꝯmixtio ¶ Cū quondā me athenis diſcedi cā recepiſſem. Ganimedē

iſtam ſpeciem. O qualis et quãta eſt permixtio viciorum contingẽs ex ornatu veſtium. Tunc ibi. Cum quodam die.

Hic declarat terciam ſpeciem luxurie per exemplum dicens ſic. Cum tempore quodam tranſtuliſſem me athenis cauſa ſtudij vidi quendam qui vocabatur Ganimedes laborantem omnibus conditionibus predictis tercie ſpeciei luxurie. Ipſe em̃ quandoq; inceſſit calceis limbatis. et quandoq; caligis maculatis. et tibijs cedrinis. aliquando nudus propter veſtium breuitatem incedere videbatur. vt videretur longas habere tibias diuerſimode ornatas. et dum intrauit ariopagum habuit ſe tam q; ſaturatus extenſo et irato animo procedendo notos et ignotos vilipendendo. Ego igitur quia eram alienigena cauebam mihi a ſocietate ſua ne mihi inſurgeret ſic dicẽs. Quid plura dicam de iſto ganimede. poſtq; ip̃e continuauit ſic predicta per aliquod tempus. ad tã tam deuenit pauptatẽ propter ſuas dilapidationes q; ea que prius contempſit poſt ſociatim mẽdicus rogitabat fortune meatu pmutato. Conſequenter Boetius ſe excuſat dicẽs has ſufficere conditiones pro exemplis. cum in principio preſentis libri pro miſerat ſe proceſſurum ſub breuiloquio

dictatoris filium in omnibus predictis laborantem inſpexi. qui quandoq; pedulis limbatis. et quandoq; caligis maculatis per horamq; cedrinis tibijs elatus nudus proceſſit. Ariopagumq; vt ſemper ſtomachatus impetijt. Cauteq; ſepiſſime me prouidi ne mihi inſurgeret quia alienigena eram. Quid plura dicam. deuenit in tantam (licet inuitus) inopiam q; ea que prius faſtidiendo contempſit. mendicus corrogando cõpoſuit. fortune meatu permutato. Sed hec hactenus dicta ſufficiant.

Cum autem diſcipulus ad perfectionem tendere teneatur effectiuam perfectionis cauſam vtpote continuitatis conſtantiã prout facultas ſuppetit menti dinoſcatur im

Expeditis trib; impedimentis determinate ſubiectionis diſcipulorum. videlicet diſcolia. violẽtia. et luxuria proſequitur Boetius de quarto ſcilicet inconſtantia. Et diuiditur hec pars in duas. In prima parte docet autor inconſtantiam a ſcholarib; vitandam. In ſcđa ponit naturã icõſtãtie ibi. Quid in dilectõis opuſculo. et tercio ponit exẽplũ de icõſtãtia. ibi. Cũ in gimnaſijs. Dicẽs pmo ſic. diſcipulus pfcm̃ facere volẽs pceſſum in ſcia et clericus fie

ri pfectus debet eſſe conſtans.ſcȝ tam diu vnam diſcendo ſcientiam do nec funditus eam intellexerit. Tūc ibi. Quid in dilectionis.

¶ Hic oſtendit naturam inconſtantie dicens. clarius eſt ꝛ lucidius conſtantia in opere dilectionis.immo ꝯ ſcholare quolibet ſumme eſt at tendenda. ꝛ per oppoſitum inconſtantia eſt vitanda. Conſtantia enim facit ſcholarem intelligentem.inconſtantia vero facit eum prius ſcito/ rum obliuiſci. Item conſtantia facit proceſſum in ſcientia .inconſtan/ tia autem retroceſſum facit ꝛ obliuionem in eadem. Iteȝ conſtantia col ligit fructum ſcientie. inconſtantia vero diſpergit eundem.

primere. ¶ Quid in dilectionis opuſculo lucidius conſtantia. Quid inconſtantia nequius. prima parit. ſecunda parta diſſoluit .prima proce dit. ſecunda retrocedit. prima colli/ git. ſecunda collecta diſpergit

¶ Cum gimnaſijs inſudare decre/ uiſſemus. magiſtratus quoqꝫ vicem obtinere dignum duximus filium in conſtantie. vel vt verius dicam ipaȝ inconſtantiam fortuna noſtris aſſig/ nabat preceptis imbuendum . Qui ſatyricis inhiabat atramentis men/ ſurnus hiſtoriographis perſepe diur nus elegiacis animus . ratione vero diſſerendi Ariſtotelis lamentabatur nocturnus editionibus philoſophi/ cis duodecim tabularum compilatō nibus quaſi inſtantaneus omnibus ſiquideȝ in breui extiterat faſtiditus.

¶ Notandum hic ꝙ autor congrue dicit. Cum diſcipulus tenea tur ad perfectionem rē dere effectiuam. Dicit em̄ ꝓpheta. ve vobis q̄ de numero beſtiarum eſtis computati hoc re linquentes diuinū qđ ē in vobis. ſcilicet ſcienti am ¶ Item notā/ dum ꝙ inconſtantia cō grue ponitur impedim̄ tum determinate ſubie ctionis diſcipuli. quoni am vt ſupra patuit diſ cipuli ſubiectio ꝯſiſtit in tribꝫ. videlicet attēti one. beniuolētia ꝛ doci litate. Incōſtans auteȝ ſcholaris nec attentus eſt ad audiendū. nec do cilis ad intelligendum nec beniuolus ad reti/ nendum. Quare per in conſtantiam determīa ta diſcipuli ſubiectio impeditur. Unde con/ ſtantia vt hic accipitur eſt ſtudij inchoati plena adeptio. ꝛ inconſtantia eſt ſtudij inchoati cor/ ruptio. ꝛ alterius proſecutio. Tunc ibi. Cum gymnaſijs inſudare.

¶ Hic ponit Boetius exemplū de incōſtantia dicens ſic. Cum decre/ uiſſemus inſudare ſtudijs cauſa acq̄rendi ſcientias. poſtq̄ꝫ adeptus fue

ram magiſterium direxit ad me fortuna quendam ſcholarē imbuendū qui nimiam ꝓpter ſui incōſtantiam ꝓficere non valuit. Vn̄ ſcholaris il le ꝑ mēſem ſtuduit carmina ſatyrica. per diem hiſtorias. ꝑ annū libros elegiacos. ⁊ lamentabaꝛ de libris Ariſtotelis de modo arguendi tractā tibus per ſpacium vnius noctis ſcire nitebatur omnes libros logica/ les Ariſto. quaſi per tempus inſtātaneū ſtuduit compilatōēs duodecim tabellarum. in quibus rhome ſcripte erant leges rhomanorum. de qui/ bus omnibus breuiter fuit attediatus. ⁊ ſi per horam ſe commendaſſet multos incepiſſet libros. nullum tamen (licet breuiſſimum) finiuiſſet. tandem voluit eſſe mercator. ⁊ inſiſtebat nauigio marino pro mercan/ tia exercenda. prima vero nocte ad nauſeam prouocatus propter im/ mundicies nauales Et poſtea timens ſubmer gi ortulanus fieri vole bat. legumine autē de ficiente tranſtulit ſe ad militiam. Viſis autē hoſtiū incurſib⁹ ꝑmo cepit fugam ⁊ voluit ſe viceuerſa ſtudijs appli care. ⁊ applicuit ſe ſtu/ dijs cratonis. ibi enim erat magis tutus vo/ luitqꝫ ſtudere queſtio/ nes difficiles ſcriptas in ſede Cratonis rotun da ad modum ſemicir/ culi multꝫ depicta que ſtionibus. Latitudo e nim ſuperioris ſemicir culi ad modum zodia/ ci diſpoſita continebat in ſua ſuperficie ſeptē queſtiones. Et in ſcđo circulo ſedis eiuſdē no uē ſcripte erāt q̄ſtiōes que ſm ordinē in textu omnes patebunt. Tunc ibi. Prima vero litteralis.

Si vero libellorum inſpectioni eo/ rum ſcripture aliquando indulſiſſet q̄ plures per horam incepiſſet. nulli qꝫ licet breuiſſimo manus imponeret perficientes. Tandem mercatorum incepit inſtare nauigio. primo vero noctis ſpacio in nauſee hyatu ſentina cogente prouocatus. ⁊ deinde ponti inundantis inſultu perterritus. ortu lanus eſſe cupiebat. Deficiente vero legumine militie ſe tranſtulit exerci/ tui. Viſis autem hoſtium incurſib⁹ fuge primus terga commēdabat Cra toniſqꝫ ſtudijs tutius inhiabat. Cu/ ius ſemicirculi capacitas multis for midabatur queſtionibus. ſuperioris vero circuli latitudo formata zodiaci planicie dragmis arriſit ſeptemplici bus ¶ Prima vero lrālis ꝯtractio

¶ Hic Boetius enūerat q̄ſtiōes ſcp̄tas in ſede Cratōis. ⁊ ꝑmo ſep/ tē in ſupiori deſcriptas circulo. ſcđo nouē in medio circulo deſcriptas. ibi. Vltia ſemicirculi Prima igiꝛ q̄ſtio ē hec. an dn̄atio celi empyrei ter reitatis ꝑticipe natura poſſit offuſcari. Iſta q̄ſtio ꝑt vno mō reſolui. an d̄s dn̄ator celi empyrei terrenā naturā videlicet hūanā abſqꝫ diuine nature inhitatōe poſſit aſſumere Et ſꝫ hūc intellcm̄ rn̄det cōmentator.

ꝙ naturalr neq̃q̃ poſſibilius eñ eēt hoīez fieri aſinū.q̃ deū fieri hoīez
niſi miraculoſe. Sȝ ſm ꝟitatē ⁊ fidem dicendū eſt.ꝙ ex quo deus ē om
nipotens omnia ei ſunt poſſibilia.que ſue non derogant potentie. Sed
naturam diuinam ⁊ humanam vniri nullatenus derogauit ſue poten/
tie. Ratio q: nihil aliud eſt diuinam naturam vniri humane nature in
vnitate ſuppoſiti q̃ diuinam ꝑſonam que ab eterno fuit hypoſtaſis re
ſpectu diuine nature.eſſe hypoſtaſim reſpectu diuine nature create in tē
pore. Hoc āt nō ē indecibile vł impotens.quia ꝑ hoc circa diuinam ꝑſo
nam nulla ponitur ignobilitas.licet eñ deus ſit ſumme bonus ⁊ fuit
ab eterno.in nullo derogatur bonitati eius.quoniam eſt cauſa bonita/
tis create in tꝑe.licet hec bonitas ſit longe inferior bonitate increata.
Sic cōformiter cū ꝑſona.filij ſit hypoſtaſis increata ab eterno in nullo
derogatur.ſi ſit hypoſtaſis increata in tempore abſq̧ mutatōe Vł ſi
cut ⁊ eus de nō creāte fit creās nulla mutatione facta in ſe.ſed in creatu/
ra.ſic ꝑſona que nō erat hypoſtaſis humane nature facta eſt hypoſta/
ſis eius nulla mutatione facta in ſe.ſed ſolummodo in natura aſſump/
ta.ſicut etiam deus eſt in oībus creaturis abſq̧ dependētia ad eas.q̄ni
mo creature dependēt ab ipō.ſic etiā cū deus eſt in natura rationali per
vnionem hypoſtaticam non dependet ⁊ habet ſubſtantificari in hypo/
ſtaſi diuina.ergo hoc modo theologice queſtionem primam intelligen/
do ex dictis patet rñſio. Aliter poteſt intelligi ſeu ꝓponi hec eadem
queſtio prout eſt phiſice conſiderationis.vtrum ſcȝ intellectus diuinus
ex eo ꝙ intelligit iſta inferiora ignobilitetur. Queſtio eñ rationabilez
habet cauſam.quia Ariſtoteles habet in de anima.ꝙ dum anima agit
circa vilia viléſcit.ſed ſm ꝙ operatur circa ſublimia extollitur. Quia
igit̃ actus aīe circa vilia facit eā vileſcere.⁊ actus anime circa ſublimia
que ſunt ſpeculatōis ſubtilis facit eā extolli. Ideo rationabiliter q̄rit̃
an hoc circa actiones dei cōtingat.cuius actio ſuꝑ omnia extēditur Ad
quod dicendum ꝙ diuinus intellectus ex ſpeciebus intelligibilibꝫ nec
nobilitatur nec ignobilitatur. Ratio eſt quia diuinus intellectus om/
nia tam nobilia q̃ ignobilia non ſm ſuas ſpecies ſed ſm ꝓpriam eſſen/
tiam intuetur. Videt eñ diuinus intellectus omnia ⁊ ſe ⁊ alia a ſe per
propriam eſſentiam. Non ſic eſt de intellectu angelico ⁊ humano Intel
ligentia ſcit ſe per propriam eſſentiam.alia vero a ſe per ſpecies.nō q̇/
dem acq̇ſitas.ſed ſibi ꝯcreatas. Sȝ humanus intellectus ſcit ſe.⁊ alia
a ſe ꝑ ſpēs acq̇ſitas. Nō igit̃ offuſcat̃ intellectus diuinus actōnibus.vł
cognitionibus.licet extendatur ꝑ omnia quadam ſpirituali extenſio/
ne.nulli tamen cōmiſcetur tanq̃ eſſentia vł pars eſſentie rei

¶ Notandū circa hoc quod dicitur celi empyrei.ꝙ ſm theologos to/
ta corꝑalis machina conſiſtit in duobus videlicet in natura celeſti.⁊ in
natura elemētari. Celeſtis diſtinguit̃ in tres celos ꝑncipales. ſcȝ ī em
pyreum.criſtallinum.⁊ firmamentū. Infra firmamētum qđ eſt celum
ſtellatum cōtinētur ſeptē orbes ſeptem planetaꝝ.qui ſunt. ſaturnus.
iuppit̃.mars.ſol.venus.mercurius.⁊ luna Iſtorū orbiū natura eſt ꝙ
oēs mouent̃.excepto celo empyreo.qđ ē quietū. Sȝ natura elemētaris

# Diſciplina ſcholarium

in quattuor ſperas principales diuiditur. ſcȝ ignis aeris aque ꝛ terre. Spera ignis habet tria interſticia. ſupremum vocatur igneum. medium ac infimum vocatur olimphus. Similiter aer tria habet interſticia. ſupremum vocatur ethereum. medium ac infimum vocatur aereuȝ In ſupremo eſt calor ꝛ lux propter ſolis propinquitatem. Et ſimiliter in infimo propter radiorum de terra repercuſſionem. Sed in medio interſticio. ad quod repercuſſio radiorum pertingere nō poteſt eſt frigiditas ꝛ obſcuritas: in quo demones dicuntur habitare detenti in hoc caliginoſo aere.

quesiuit. vtrum empyrei celi dominatio aliqua terreitatis natura participe poſſet obfuſcari

¶ Secundo vtrum ſpirituum vita

¶ Item notandū quo ad hoc quod dicitur principe. ꝙ ſummū bonū a nulla creatura formaliter participari poteſt. ſed bene ſm aliquam ſimilitudinem. non tamen ſm ſimilitudinē generis vel ſpeciei propinque. quoniam ipm ſummum bonum eſt ſpeciei. ad quā nulla creatura poteſt attingere. ſed ſm ſilitudinē ꝓportionis creature poſſunt eſſe participes pmi boni. quia iſta bona ſecundaria leges habent innatas a natura in quibus ſunt precepta proportionalia. ꝛ ſm ſimilitudinem ꝓportionis ſimilia Ex notatis patet duplex intellectus queſtionis. Tunc ibi. Secundo vtrum.

¶ Secunda queſtio ſedi Crathonis in latitudine ſupioris circuli inſignita eſt. Utrū ſpirituū vitalis ſeruitus terrene fecis ambitu queat nature ſubſidio denigrari. Hec queſtio dupliciter poteſt intelligi. Uno modo ſic. an intelligentie ꝛ demones corpora poſſunt aſſumere. Scdo ſic intelligi poteſt. an anime humane ex coniunctione earum cū corpore obumbrētur. Penes primū intellectū queſtionis dicendū eſt ꝙ intelligentia ſeu angelus non poteſt ſibi aſſumere corpus. ſic ꝙ corpus ſit principium materiale. angelus ṽo formale. Rō quia illud eſt impoſſibile quo poſito ſequit̄ impoſſibile. vt pȝ ex pmo prioꝝ. ſed angelus habet naturā ꝑfectā. etiam eſt plenus ſpēbus intelligibilibus Si autem hoc modo corpus humanū accipet. tunc ignorans impfectuſꝗ ꝑficeret ſicut ꝛ hō in pncipio natiuitatis Sȝ h̄ ē fl̄m ꝛ ipoſſibile. ğ ꝛ illō ex q̄ ſequit̄ ¶ Scdo dōm ꝙ āgelus nō pt ſuſcipe corpus hūanū ſic ꝙ ex āgelo ꝛ corꝑe hūano fiat vnū ſuꝓpoſitū. Rō eſt. ꝗꝛ ea q̄ drn̄t plꝰ ꝙ gn̄e in vna ſpē ꝯueire ꝛ ꝯformari nō pn̄t Sȝ āgelꝰ ꝛ hō plꝰ ꝙ gn̄e drn̄t ꝗꝛ āgelus ē incorꝑalis ꝛ incorruptibil̄. Corruptibile ṽo ꝛ incorruptibile plꝰ ꝙ genere drn̄t. ğ ꝛc. Sȝ ſi ītelligat̄ āgelū ſuſcipe corpus hūanū ad ſuū officium explendū. illo āt expleto corpꝰ derelinq̄ndo. ſic q̄dē pt ſuſcipe corpꝰ. Ad hoc pt pmo aſſignari talis rō. finis ſuꝓponit ea q̄ ſunt ad finem ordinata. Angelus aūt ē nomē officij. Unde Gabriel fuit miſſus ad vir

ginem mariam ſalutandā dicens. Aue gratia plena. Et ſiliter angelꝰ
Thobiam viſitauit. eumq3 in terrā medorū deportauit. qđ facere non
potuiſſet. niſi corpus humanū aſſumpſiſſet. Imaginandū igitur eſt. q2
ſicut ſe habet chyrotheca ad manū ratione frigoris remouēdi. ſic angelꝰ
ad corpus aliquod officiū exercendo. ſ3 manus ē habilis chyrothecā in
ducere in frigoris expul
ſionem frigoreq3 remo
to chyrothecam exuere
Sic ꝛ angelus rōe offi
cij poteſt corpus indue
re. illo āt expleto itera
to corpus exuere

**lis ſeruitus. terrene fecis ambitu que
at nature ſubſidio denigrari**

Quo ad ſ. 83 q̄ſtionis intellectum diſſentio ē inter
phōs p̄cipue inter Platonē ꝛ Ariſtotelē Vult eñ Plato aīam huma
nā añ corporis ingreſſum eſſe diſpoſitā in cōparibꝰ ſtellis. ꝛ ſcire oīa
inibiq3 tanq̄3 in ꝓprijs domicilijs reſidere. ꝛ ꝟtutibus relucere. huma/
no aūt corpi infuſa inclinata eſt crathere lacteo. videlicet dulcedine car
nis. ꝛ exinde oblita totius celeſtis armonie qua3 viderat in cōparibus
ſtellis. ſc3 omniū ꝟtutum ꝛ ſcientiarum Sed ꝑ ſtudiū ꝛ aſſuefactōem
oīa recolligere. ꝛ ad actū oīm pertingere. Vñ ſicut lapis p̄cioſus luto
inuolutus nihil exercet naturalis bonitatis. S3 cū abſtergitur ab eo
impuritum. tunc micat puritas naturalis. ſic vult aīa3 ꝑ ſtudiū neq3 ex
ercitiū vel aſſuefactionē ꝟtutes aut ſcientias de nouo acquirere. ſed po
tius impedimenta remouere. Contra hoc dicit Ariſtoteles tercio đ
anima. Anima in p̄ncipio ſue creatōis eſt quaſi tabula raſa non depi
ta. ſed virtutibus ꝛ ſcientijs depingibilis. hoc etiā videtur velle Augu/
ſtinus in libro ſuo de ſpiritu ꝛ anima dicens. ꝙ anima increando corpo/
ri infunditur ꝛ infundendo creatur Reſpondendū igitur eſt ꝛ tenen/
dum cum Ariſtotele. ꝙ anima non habuit aliquod eſſe ante corporis
coniunctionem. indiget tamen corpore quo ad ſui inceptionem. licet nō
quo ad eius permanentiam. Exemplum volens tranſire mare indiget
naui. Sed poſtq̄3 mare pertranſiuit in ſuo eſſe permanere ac ſubſiſtere
poteſt naui corrupta. Sic corpore corrupto non oportet ꝙ anima cor/
rumpatur. Nec illud eſt intelligendum ſicut Pythagoras intellexit. vi
delicet ꝙ ſicut nauta vnus multas poteſt intrare naues ꝙ ſic anima v/
na multa pōt intrare corpa migrādo de corpe in corpus. Sed corpe cui
aīa vnita fuit corrupto non quidem aliud corpus ingreditur. ſed in pro
prio eſſe ſubſiſtit incorrupta. Eſt eñ anima in orizonte duoꝝ mūdoꝝ
ſcilicet eternitatis ꝛ temporis Eternitas quidem a parte poſt. quia in
corruptibilis finem non habens durationis. Ad hoc eſt Ariſtoteles ſe/
cundo de anima dicens. Separatur autem hoc ab hoc. ſcilicet anima a
corpore tanq̄3 perpetuum a corruptibili. Anima igiť p̄mo corpi infu/
ſa eſt in potentia ad intelligibilia. Et ꝓpter nimiam corpis ruditatem
ſeu ineptitudinem ac impfectionem ſtatim intelligere non poteſt. Sed
quantomagis ꝛ magis corpus perficitur. tanto vis cognoſcendi anime
plus ꝛ plus maioratur. Tunc ibi. Tercio an iudaice ꝛc.

¶ Tercia queſtio. vtrum tm̄ vnū ſit celum ſicut vult Ariſtoteles an ſunt tres. ſicut iudei ⁊ egyptij volunt. Poſuit eī Ariſtoteles vnum celum videlicet ſtellatum. ſeptem ſperarum celeſtium ipſorum ſeptēm planetarum contentiuum. Judei autem ⁊ egyptij triplex celum poſuere videlicet ſtellatum quod eſt ſtellarum contentiuum. Et criſtallinum. non quidem ab humiditate. ſed a perſpicuitate. Et empyreum id eſt igneum. ⁊ non ignee ⁊ ardentis nature. ſed reſplēdentis ad modū ignis. Theologi vero diuiſioni iudaice conſentiūt Quartum celum ⁊ immobile addentes In q̄ thronus veri ſalomōis immobiliter continet̃. Naȝ ad thronū veri ſalomonis ꝑ q̇ndeciȝ gradus aſcēditur. Primus ē terre. ſcđs aque. tercius aeris. q̄rtus ignis. q̇ntus lune. ſextus mercurij. ſeptimus veneris. octauus ſol. nonus martis decimus iouis. vndecimus ſaturni. duodecimus celū ſtellatū. tredecim⁹ celū criſtallinuȝ. decimuſquartus celū empyreū. ſuꝑ quo celeſtis curia

¶ Tercio an iudaice terne diuiſioni poloꝝ. an Ariſtotilice ſimplici acquieſcendum ſit partitioni

¶ Quarto ſi iudaice. an termi ex ip̄is ſint. vel in ip̄is. an q̄ꝫlibet ſigillatim

¶ Notandū hic ꝙ celū a beato Thoma ſic deſcribitur. Celum eſt corpus primuȝ natura ſimpliciſſimū incorruptibilitate ſolidiſſimū. quātitate maximum. qualitate lucidum. dyaphoneitate perſpicuum materia puriſſimū. figura ſpericū. locali ſitu ſupmum. amplitudīe gn̄a creaturaꝝ omnium in ſe continens. Iſte proprietates tam celo empyreo q̄ꝫ primo mobili conueniunt. Sed p̄ter hec celum empyreum eſt btōrum ſpirituum habitaculū. ⁊ ſpecialiter ſedes dei nūcupatuȝ. Sed p̄mo mobili ſpecialiter conuenit ꝙ eſt motu velociſſimū. ⁊ in hec inferiora virtutis influxuum. Voluit igitur Ariſtoteles mundum ſenſibilem terminari ad firmamentum. ita ꝙ vltima ſperarum eſt ſpera ſtellarum fixarum Unde dici poteſt ſm eundem ꝙ nō eſt niſi vnū celum. cuius diuerſi ſunt orbes. Sunt autem octo orbes ſeu ſpere celeſtes ſm Ariſtotelē. vt pȝ in his verſibus. Octo ſunt ſpere quas ſic poteris reꝑire. Celum ſtellatum. ſaturnus. iuppiter. ⁊ mars. Sol. venus hic. ſequitur mercurius. vltima luna. Tunc ibi. Quarto ſi iudaice ⁊c̄

¶ Quarta queſtio incidens ex tercia eſt. Dato ꝙ tres ſint celi ſicut iudaica vult opinio. an igitur ſunt continui aut contigui. Sunt enim cōtinua quorum vltima ſunt ſimul. id eſt non diſtant. Sed cōtigua ſunt quorū vltima ſunt ſimul non tamen faciūt vnū ſicut cōtinua Exemplū primi ſicut cutis ⁊ caro Exemplum ſecundi. ſicut cutis ⁊ camiſia Si vero cōſentiamus Areſto. ponēti vnū celū tūc alia emergit q̄ſtio. videlicet ex q̄ ꝑtes celi mouent̃ local'r. ⁊ ip̄ȝ totū celū local'r moueat̃. tenēdo opinionē iudaicā dici p̄t. ꝙ illi celi ſunt cōtigui ⁊ nō cōtinui Dicit tamē

cōmentator de hoc ponere ſolutionem fore ridiculoſum. Et cum ibidē peruenerit celoſq; inſpexerit. ſolutionem dubij ſeu queſtionis poſiturū Sed quo ad ſecundam dubij partem. videlicet tenendo viam Ariſtotelis vnicum celum ponendo. Cum partes illius mouentur localiter videtur totum celum eodem mouere motu. Ad hanc partem dubij dicūt quidam q totum celum non mutat locum. eo q extra celum non eſt locus. partes tamen celi locuz mutare poſſunt. ſicut videmus in motu lune ⁊ aliarum planetarum. Diſtinguunt tamen hi duplicem motum localem Nam quidam eſt motus ſm locum. vt ſi quis procedat de vno loco in alium locum contrarium. Alius eſt motus circa locum. vt ſi rota aliqua volueretur circa aliquod rotundum. Dicunt igitur q licet celum non moueatur ſm locum. ſcilicet de vno loco ad alium locum contrarium. Mouetur tamen celum localiter motu circulari. quia circa locum ſm quem motum locatum eſt ſibijpſi locus. Aliter reſponderi poteſt ſm Auerroim. q primum celum eſt in loco per accidens. quia centrum eius eſt in loco per ſe. ⁊ tamen mouetur in loco per ſe. Eſt eñ motus primi mobilis ab intelligentia vel anima nobili ⁊ non a natura tā q ab aliqua re mobili motum illum producente. Conſequenter dicit Auerrois. q omne quod ſic per accidens eſt in loco. ſicut primum celuz mouetur ſm ſitum ⁊ formam. ⁊ non ſm ſubiectum. Nam ſubiectuz qđ eſt ſubſtantia ſpere non exit a loco ſuo. Sed forma eius eſt diſpoſitio ipſius quam ipſum habet circa conuexum centri quod eſt terra Hec autem forma variatur omni hora de vno conuexo rotunditatis in aliud. Nam aliud conuexum rotūditatis habet ad polum aqlonis. ⁊ aliđ ad polū auſtri. Tūc ibi Quinto cum elemētorum. ⁊c.

**Et ſi Ariſtotelice cum partes totius localiter moueantur. quare non totū**

**Quinto cū elemētoꝝ continua fiat trāſmutatio. an eadē que ꝑmo an alia**

Quinta litteralꝫ ꝑtractio q̄ſiuit. cū elemētoꝛuz continua fit trāſmutatio. an igitur eadem ſunt elemēta q̄ fuerūt ꝑmo in eē ꝑducta.

Notandū ꝑmo q Ariſto. in ꝑmo de generatione ⁊ corruptōe dicit elementa ad inuicē agere ⁊ pati. ⁊ inter ſe generari ⁊ corrumpi. generatio eñ vnius ē corruptio alterius. Eſt igiẗ q̄ſtio an adhuc eadē ſunt elemēta que in ꝑma mūdi fuerāt creatōe. Ubi conſiderandū q duplex eſt actio. vna ſm quā totum agit in totū. alia ſm quā pars agit in partem. Elementa igitur agunt inter ſe. ⁊ patiuntur non ſm actionē totius in totum. ſed ſm actōem partis in partem. Ratio eſt. nam elemēta agunt inter ſe ſm q ſe cōtingūt. Sʒ nō contingūt ſe niſi ſm ſuas ſupficies et ſm eas ſe trāſmutāt. Et ideo eadē elemēta ſunt ſm ſubſtātiā. licet aliq̄ ptes eoꝝ ſint mutate ſm formas. ſm ſubſtantiā dico precipue naturalem. Huius opinionis eſt Boetius in tercio de conſolatione metro ꝑmo. O qui ꝑpetua mūdum ratione gubernas ⁊c. Eſt igiẗ veꝝ q ꝗ

# Diſcipli.ſchola.

ſubtiliationē continue ex terra generatur aqua. Et econtra ꝑ cōdenſa tionē ex aqua fit terra. Et ſicut eſt de terra ⁊ aqua. ita eſt de alijs ele / mētis hoc dempto ꝙ in hñtibꝫ ſimbolū facilioꝛ eſt trāſitus. Nā ꝑ rare factionē ⁊ ſubtiliatōem trāſmutādo ex vno pugillo terre fiunt decē aq̄ et ex vno aque decem aeris. ⁊ ex vno aeris decem ignis fiunt. Et ꝑ ꝯſe quens ex vno pugillo terre mille ignis ⁊ centum aeris fiunt. Sed per viā ꝯdenſatōis ex mil le pugillis ignis fiunt centum aeris decē aq̄ ⁊ vnus terre pugillus

elementa conſiſtant ¶ Sexto cum vnum cōtrarioꝝ elemētoꝝ. vt aqua accidentalē accipiat qualitatē. vt ca liditatem. Quare ignis non recipiat accidentalem qualitatē ꝫ vt frigidita

¶ Tunc ibi Sexto cum vnum ⁊c. Sexta queſtio eſt. Cum vnū quodcꝫ quattuoꝛ ele / mētoꝝ duplicē habeat qualitatē. vnā eēntia / lem aliā accidentalem Verbi grā. frigiditas ē qualitas eſſentialꝭ aque humiditas aūt eſt accidētalis qualitas ipſius. Silꝛ ignis duas habet qualitates. caliditas eñ eſt qualitas eius eſſentialis. ſiccitas vero eſt qualitas eius accidentalis. Eſt igit̄ q̄ſtio. cū aqua poſſet mutari a ſua qualitate eēntiali vt poſſet frigefieri. Videtur eñ ꝙ q̄cq̄d conuenit v / ni ſm qualitatē eēntialē. ꝙ ⁊ alteri cōueniat Si vero aqua que frigidā eſt naturaliter poſſet calefieri. videtur ꝙ etiam ignis poſſit frigefieri ꝑ naturam ¶ Circa quod notandū eſt. ꝙ de caliditate reſpectu ignis diuerſe ſunt opiniones. Videtur eñ velle Petrus hyſpanus calidita tem non eſſe in igne vt accidens in ſubiecto. immo ſm ipſum eſt in eo vt ſubſtantiale. Dicit eñ ꝙ ignis non eſt ſubiectuꝫ caliditatis ſed ma teria ignis eſt ſubiectum ipſius. Eſt ergo caliditas in igne ſm ipſum eſſentialiter. Sed mirum videtur. cum forme ſubſtantiales corpoꝝ nō habeant contraria. quare tunc ignis ⁊ aqua ſm caliditatē ⁊ frigiditatē poſſunt contrariari Sed quidam doctoꝛ in quodā commento ioan nitij. vbi querit an qualitates ſint forme elementoꝝ ſubſtantiales ipo rū. ſic diſtinguit Dupliciter cōtingit loqui de elementis. vno mō quā tum ad ipoꝝ ſubſtantiā ⁊ abſolute. ⁊ ſic qualitates elementoꝝ nō ſunt forme ſubſtātiales ipſoꝝ. Sed Albertus magnus in poſtpredicamen tis dicit. ꝙ caliditas eſt accidens ignis. ⁊ eſt naturalis proprietas eēn tialis ignis. ⁊ per cōſequēs nec eſt pars ignis. quia pars non poteſt eē id quod eſt conſequens ꝑfectum ⁊ totum eſſe rei Ad dubium igitur dicendum eſt ꝓut dicit Ariſtoteles quarto metheoroꝝ. ꝙ inter elemen / ta ſolus ignis eſt formalis. ⁊ omnia alia elemēta ſunt alterius generis Ideocꝫ quod radicatur in igne ꝓfundius radicatur alijs elementis Id circo ab alijs elemētis p̄cipue ab aqua ⁊ terra ſeꝑantur ſue qualitates ſm actum ipſis non manentibꝫ in ſubſtantia. Sed remanent ſm radi ces videlicet in potētia redeūte ad actum quando alterans ceſſat ab alte

ratione. Et ideo aqua calefacta ceſſante calefaciēte per ſeipſam efficitur frigida. Sed exquo ignis ē rariſſimus. ⁊ vbiqȝ infrigidationē infrigidātis recipiēs in ꝓfundum ſui. ⁊ eſt valde formale. ſtatim cum infrigidatur inſpiſſatur a ſua ſubſtantia. ⁊ forma corrūpitur. Et ita ꝓporcionabiliter dicendum eſt de aere. Sed non eſt ita de terra ⁊ aqua. quia illa elemēta ſpiſſa ſunt. ⁊ nō ita in ꝓfundum ſui ſuſcipiunt alterationē eorum quibus mutantur. Et iō aqua bene poteſt calefieri. ſȝ ignis nō poteſt infrigidari manēte eadē ſubſtantia. Et per hoc fundari poteſt hanc eſſe in materia naturali. ignis eſt calidus. hāc vero in materia cōtingenti. materia aque eſt frigida

tem ¶ Septimo ſi alia zona a noſtra ſit habitabilis que ſit habitātiū primeua natiuitas. quis acceſſus. q̇s quantuſqȝ receſſus ꝑmutatim

¶ Circuli vero mappa ſecundi no‑

¶ Tunc ibi Septimo ſi alia ⁊c. Septima queſtio fuit. An ſit aliqua plaga a noſtra habitalis. Et ſi ſic. que ꝑmeua natiuitas habitātiū ibidem fuit. quis acceſſus receſſuſqȝ a noſtra ad illam. ⁊ econtra ¶ Notandum ꝙ in ſpera quinqȝ diſtinguuntur circuli qui paralelli appellantur quoꝝ vnus eſt paralellus arcticus. ⁊ eſt circa polum mundi ſuperiorem Alius eſt paralellus antarcticus. qui eſt circa polum mūdi inferiorē. Et ſunt paralelli vocati tropici. quoꝝ vnus ē hyemalis. alius vero eſtiualis Inter quos duos paralellos mediat paralellꝰ equinoctialis. ⁊ inſuper alius circulus zodiacus. quē ſol ſemꝑ ſuo motu deſcribit. ⁊ ille a citeriori parte ſcȝ ſuperiori vltra equinoctialē eleuatur. in parte vero inferiori deprimitur. Et ibi tāgit tropicum hyemalem. ſuperius vero eſtiualē tāgit tropicum Poli vero arcticus ⁊ antarcticus multum vltra zodiacū eleuati ſunt. Plaga igitur terre circulo eq̄noctiali ſubiecta inhabitabilis eſt propter nimium calorem. eo ꝙ ſol cōtinue decurrat inter duos tropicos circa equinoctialē circulum Plage etiam ſubiecte polis mūdi ſcȝ arctico ⁊ antarctico inhabitabiles ſunt propter nimiā frigidita. quoniam ſicut zodiacus ab ipſis eſt remotus. ſic ⁊ ſol qui zodiacū deſcribit ab ipſis maxime remouetur. Sed iſte due plage quarū vna mediat inter tropicum eſtiualem ⁊ circulū poli zodiaci arctici. reliq̄ vero mediat inter tropicum hyemalē ⁊ circulū poli zodiaci antarctici habitales ſunt quia ſunt temperate calide ⁊ frigide Zona vero torrida circulo equinoctiali ſubiecta que inter duos tropicos mediat propter nimium calorē īhabitabilis dicitur Hoc notato querit queſtio. An aliqua alia regio a noſtra ſit habitabilis. Et patet reſponſio quātum eſt ex parte temperate caliditatis ⁊ frigitatis nō eſſe repugnantiā. quia ſicut plaga que eſt inter tropicum eſtiualem ⁊ circulū poli zodiaci arctici eſt temperata calore ⁊ frigore. ſic ⁊ plaga que eſt inter tropicum hyemalem ⁊ circulū poli zodiaci antarctici etiā eſt temperata frigore ⁊ calore Unde quidā dicunt ibidem homines habitare vocantes eos antipedes. ab āti grece qḋ

eſt contra latine.⁊ pes pedis.quia pedes ſuos habent contra pedes no/ſtros.Quod autē queritur de primeua natiuitate phiſice loquendo non videtur habere locum Ponit em̄ philoſophus rerum generationē ꝓcede re in infinitum.nec aliquem aſſignat primū generatorē.Quantitatem etiam acceſſus ⁊ receſſus nullus dimenſus eſt.eo ꝙ nō poteſt eſſe tran/ſitus ⁊ acceſſus a noſtra ad illā.nec ecōuerſo.eo ꝙ zona torrida mediat que circulo eq̄noctiali ſubiecta ē.que propter nimium calorē inhabi tabilis eſt ⁊ intranſibi lis Tranſitus autem a noſtra ad illā ⁊ ecōuer ſo neceſſario fieri.habe ret ꝑ regionē eq̄noctia li ſubiectam

uenaria oculos intuentiū detinebat ſuſpectione.Quarum prima zodiaci latitudinem modificantē circulorum qualitatem inſpectiōe colurorum ter mios diffinitiue.totiuſqꝫ forme quā titatem progreſſiue ¶ Secundo an ſtelle fixe ſint in ſuo celo ſuperiori

¶Tunc ibi Circu/li vero mappa ⁊c. Pri/ma queſtio ſecundi cir culi.non quidem ꝑ mo dum queſtionis ꝓponitur.ſed per modū deſcriptionis.habet em̄ ſibi in ſcriptam latitudinem zodiaci ſeu obliqui circuli modificantē menſurā/do ⁊ diſtinguendo ipſum.qualificat autē diſpoſitionē caliditatis ⁊ fri/giditatis ſm̄ exceſſum ⁊ defectum aut temperamentū reſpectu habita cionum circulis ſuppoſitaꝝ.Vocatur em̄ zodiacus circulus obliquus quia in vna parte ſcꝫ ſuperiori eleuatur ad virtutem cancri ⁊ ibi ē mag na caliditas.In alia vero parte ſcꝫ inferiori deprimit̄ ad virtutē capri/corni.⁊ ibidem viget maxima frigiditas Circulus vero equinoctial' me dius ē Unde in plaga equinoctiali circulo ſuppoſita maxima ⁊ excellēs viget caliditas Iſtam igitur qualitatē circulorū ſm̄ exceſſum defectum vel temperamentū caliditatis ⁊ frigiditatis cōtinebat prima deſcriptio conſpectiue Inſuper continebat terminos ſeu fines coluroꝝ diffinitiue ſeu per diffinitionem.Coluri namqꝫ diffiniuntur per ea quibus deter minantur Sunt autem duo coluri in celo.videlicet equinoctialis et ſol ſticialis Equinoctialis terminatur in capitibus arietis ⁊ libre.Solſti cialis vero terminatur in capitibꝫ cancri ⁊ capricorni Sic igitur diffini tiones colurorū per ſuos fines detinebat etiam prima queſtio.Ulte/rius etiā continebat totum ambitum celeſtis ſpere progreſſiue videli/cet progreſſionem ſolis a ſigno in ſignum.zodiacus em̄ totam ſperā ob lique circuit Diuiditur autē zodiacus in duodecim ſigna.q̄dlibet etiā ſignum triginta continet gradus.quilibet gradus ſexaginta ꝯtinet mi nuta ⁊ quodlibet minutum ſexaginta ſecūda tenet.⁊ ſic de alijs fractio nibus Ergo iam ſcripta diffinitio continebat menſuram ⁊ quantitatē totius ſpere quo ad progreſſum ſolis a ſigno in ſignum

¶Tunc ibi Secundo an ſtelle fixe ⁊c. Secūda deſcriptio quere/

bat. An ſtelle fixe in octaua ſpera viſe ſunt illi infixe. ita ꝙ moueātur motu octaue ſpere. An habeant proprios epicyclos ⁊ differentes quib⁹ moueantur motu ꝓprio ſicut ſtelle erratice Pro dubio notandum. ꝙ ſm Ariſtotelē duplices diſtinguuntur ſtelle Quedam dicuntur fixe. cu iuſmodi ſunt ille de quibus querit queſtio. Alie ſunt erratice. quia ha bēt ꝓprios circulos in quibus mouentur. qui dicuntur epicycli. Dicen dū ad queſtionē. ꝙ ſtel le fixe in octaua ſpera viſe nō ꝓprio motu ſ3 motu orbis mouētur. Dicuntur em̄ fixe. qa materiā hn̄t fixā. ⁊ iō mouentur ſm motum octaue ſpere Huius ſi gnū ē. qꝛ ſtelle fixe qn̄ ꝙ faciūt quādā figura3

**An ſuis circulis proprijs cōmeantes planetaru3 ad inſtar peruagari diſcer nantur ¶ Tercio. an comete prodi gialiter rubentes. circulariter cū cete ris ꝑcurrāt ſtell'. an deſtructiue create**

videlicet figurā crucis vel hominis vel alterius imaginis. Figura aūt illa ſemꝑ manet incorrupta. quod deſignat ipſas per ſeipāas eſſe immo tas. Si em̄ quelibet illarum per ſe moueretur. in vno momento huiuſ modi corrumperentur figure. Sic autē non eſt de ſeptem planetis. na3 vnus eoꝝ velocius. alter vero tardius ſuū perficit curſum. Verbi grā. ſaturnus in triginta annis. luna vero infra menſe3. iupiter in duodecī annis. ſol vero in vno anno. Quia igitur planete ꝑficiunt motum tem pore inequali. ex hoc patet ꝙ ꝓprijs motibus mouentur ⁊ diuerſis

¶ Tunc ibi. Tercio an comete ⁊c. Tercia qͣſtio eſt. an come te ꝓdigialiter rubeſcētes moueātur circulariter cū ceteris planetis. ita ꝙ ſint de natura celeſti. an ſint create deſtructiue ⁊ in ſuū cahos reuertā tur. ita ꝙ ſint nature ſeꝑabilis generabilis ⁊ corruptibilis ¶ Pro dubio notandū eſt. ꝙ de cometa varie fuerunt opiniones. Una fuit ꝙ cometa fieret ex ꝯiunctōe pluriū ſtellaꝝ vacantiu3 in eodem arcu. licet nō in eadē altitudine arcus. Sed hec opinio ē falſa. quia cometa bene aꝑparet ſine planetaꝝ ꝯiūctōe. Silr̄ etiā planete bene ſunt cōiuncti ſi ne cometaꝝ aꝑparitione. Preterea planete non tam diu manent cōiū cti ſicut comete aꝑparent Alij dixerunt. ꝙ cometa eſt qͣdam planeta raro aꝑparens. quia frequētius eſt in radijs ſolarib⁹ Et dum radios ſo lares egreditur nobis appet Iteꝝ hec opinio eſt falſa. quia tunc come ta aꝑpareret ſub figura ſperica. Preterea tunc eſſent plures planete ꝙ ſeptem quod eſt contra aſtronomos Tercia opinio fuit. ꝙ cometa ſit qͣdam planeta comā ſeu caudā a vaporib⁹ ſurſum eleuatis accipiēs aut ſaltem ab aere circūſtante. Sed hec opinio iteꝝ falſa eſt. qꝛ tūc co meta ſine cauda ⁊ coma appereret quando nulli vapores eſſent eleuati. Preterea non videt quō hec materia ſic eleuata regulariter cū planeta poſſit moueri ⁊ cōtinuari Nec poteſt dici planeta habere coma3 ex par te aeris inflāmati. eo ꝙ aer nimiū diſtat a planeta. ⁊ ita cū eo cōtinuari non poteſt Alij dicunt cometam eſſe ſtella3 de nouo in celo impreſ

ſam ad futura mala ꝓnunciandū.vt vitam noſtram emendemus Re/
citat eñ Albertus magnus ſꝫm Johannē damaſcenū ⁊ Senecam ſoluꝫ
modo ex parte dei ꝓuenire.⁊ quedaꝫ futura deſignare preſagia.Sed qꝛ
querimus cauſaꝫ naturalem ipſius comete.dicamus ſꝫm ſententiā Aui
cenne Arzachel Ptholomei ⁊ Alberti.ꝙ cometa nihil aliud ē ꝗ̄ vapoꝛ
terreus groſſus ⁊ cōpactus.cuius partes multum cōiacent aſcendens
ab inferiori parte aeris ad ſuperiorē eiuſdeꝫ.vbi contingit ſperā ignis.⁊
ibi diffuſus inflammatur Eſt eñ vapoꝛ terreſtris ⁊ groſſus.quia ſi eſſet
ſubtilis cito euapoꝛaretur ⁊ diſſiparet Partes etiā ipſius ſunt multuꝫ
coadiacentes quia vapoꝛ iſte eſt bene cōmixtus ⁊ viſcoſus Durat autē
cometa per totum tempus quo durat ſuus thezaurus .ſ.materia exala/
tionis ſue Deſignat autē cometa precipue tria mala .ſ.cariſtiam peſtilē
tiam ⁊ guerrā Cariſtiā
quidem qꝛ magno calo
re qui tūc viget humo
res ex terra extrahunt.
⁊ ſic terra ſterilis effici
tur.⁊ per cōſequens ca
riſtia cauſatur Peſtilē/
tiam auteꝫ deſignat.qꝛ
nimia caliditas tunc vi
gens ſanguinē combu/
rit.⁊ humorē radicalē ab animalibꝫ extrahit.⁊ ſic mors ſubſeqtur.eoꝙ
vita oīm viuentiū conſiſtit in humoꝛe radicali ⁊ caloꝛe naturali Deſig
nat etiam prelia futura.qꝛ dū caliditas ⁊ ſiccitas multum durant.tunc
colera accenditur ⁊ augmentat.Sed quia colera humoꝛ eſt ꝓuocans li
tes ⁊ diſcordias.hinc eſt ꝙ colerici ſunt magis litigioſi.ꝗ̄ qui alijs cō/
plexionibꝫ cōplexionant.Et ſic cometa plurium maloꝝ eſt deſigtiuus
Et de his comete ſignificationibꝫ ſic ait quidā metriſta.Flat ſiccat co/
meta necat.⁊ tempoꝛa carat ¶ Tunc ibi.Quarto an inferioris ⁊c̄.

**in ſuum cahos reuertātur nature per miſſione naturantis ¶ Quarto an inferioris nature cōplexionata virtu tem ſiue ecliphſim contrahāt ex plane tis.an ex primis generantibꝫ.Si ex**

Quarta queſtio eſt.Utrum ꝯplexionatum ſeu generatuꝫ nature in
ferioris ſcꝫ ſpere actiuoꝝ ⁊ paſſiuoꝝ plus contrahat naturam vel ṽtu/
tem bene operandi.⁊ eclipſim eiuſdē ex planetaꝝ influentijs.an ex gene
rantibꝫ Si quidē ex planetis.an igitur ſꝫm reſpectum planetaꝝ ad ip/
ſius rei natiuitatē.an ſꝫm euentum natiuitatē ꝯſequentem.Si vero ex
generantibꝫ.ſ.ex patre ⁊ matre.Cū igitur vnum generatiuū ſit album
⁊ reliquum nigruꝫ.quare igitur genitum non apparet nigrum ⁊ album
Quare igit generatum in extremitatibꝫ vt in manibꝫ ⁊ pedibus quan/
doꝙ aſſimilatur patri In ceteris vero membꝛis ſcꝫ quo ad cōplexioneꝫ
⁊ diſpoſitionē parturienti aſſimilatur.quādoꝙ vero neutri generantiū
ſcꝫ nec matri nec patri aſſimilat.quandoꝙ vero vtriꝙ aſſimilat Ad
queſtionē dicendū eſt.ꝙ generata contrahunt ſuā ꝯplexionem a plane/
tis.⁊ etiā ex ipſis generantibꝫ.Unde quidem phs nomine.Hermoge/
nes voluit in veritateꝫ abſꝙ dubio ſic eſſe.ꝙ inferioꝛa ſuꝑioꝛibꝫ.⁊ ſupe
rioꝛa inferioꝛibꝫ coꝛreſpōderent.ita ꝙ natura inferioꝝ eſſet ꝓpoꝛciona

tā ⁊ adequata nature ſuperioꝝ. Dixit eñ ꝙ apator miraculoꝝ vnus ſo
lus eſt. a quo deſcendit omnis bona operatio. ⁊ hoc ē quia natura ꝓdu
cit mirabilia. cuius pater ē ſol. mater vero luna. que portāt ipſaʒ ꝑ au/
ram hoc eſt in vtero. Sol eñ ꝯfert caliditatē. luna vero humiditatē. Et
ſic ſolem dixit eſſe patrē. lunā vero matrē. Ex quibꝰ qualitatibꝰ omnia
inferiora ꝓducunt. Et ſunt parentes nature. natura eñ omnia inferio/
ra ꝓducens habet eſſe in ſuꝑioribꝰ. His ⁊ abſurdis huiꝰ philoſophi ob
miſſis. dicendū eſt ꝙ hec inferiora ꝯplexionata ſuam ꝯplexionē ⁊ natu/
ralem inclinationē ad bona vel ad mala oꝑa. ⁊ planetis ⁊ a parentibꝰ
ſuſcipiunt. Unde natura ꝓducens hec inferiora virtutē genaratiuā pri/
mo planetis ⁊ ſuperioribꝰ corporibꝰ cōmendat. Hec vero vlterius ꝟtu/
tem formatiuā in hec inferiora tranſmittunt ſeu influunt. verbi grā. pri
⁊ matri. quibꝰ vtunt tanq̄ʒ inſtrumentis. Simile huiuſmodi eſt. ſi vel
lem de ferro ꝓducere cultellum. ad hoc vterer manu. Ad hec autē ꝙ ma/
nus formam illam ab intellectu practico ſibi influxā ferro induceret. qꝛ
non immediate poſſet explere. vlterius virtutem operandi mallio com/
mēdat. Sic natura for/
matiuam ꝟtutem ⁊ ge
neratiuā primo ſuꝑio/
ribus corporibꝰ cōmen
dat. ſed ſuperiora vt ip
ſaʒ his inferioribꝰ influ
ant primo ī patrē ⁊ ma
treʒ tranfundūt. Ideo
ſecundo phiſicoꝝ ſcribi
t. ꝙ homo generat ho/
mineʒ ⁊ ſol. Sol q̄dem
tanq̄ʒ agēs vniuerſale
⁊ formale. homo vero
tanq̄ʒ agēs particulare
et quodāmodo inſtru/

planetis. an ſecundum natiuitatem.
an ſecundum euentum. Si ex generā
tibus. cum vnum generantium ſit al
bum ⁊ reliquum nigrum. quare tunc
generatum non album ⁊ nigrum. Et
quare generatum quandoqʒ in extre
mitatibus aſſimilatur patri. in cete/
ris parturienti. quandoqʒ neutri gene
rantium.

mentale. Concedendū igitur eſt. ꝙ generata ſm aſpectum planetaꝝ ad
ipſorum natiuitatem accipiunt ꝯplexionē ⁊ ꝟtutem ac virtutis deſcēm
mores formam figuram fortunā colorē. ⁊ ſic de alijs. A parentibꝰ etiā
vel genitoribꝰ aliquātulum hec contrahūt. quia in ſemine a parentibus
deciſo virtus formatiua derelinquit. ⁊ hoc modo eſt in ſemine ſicut for/
ma in materia. vt opinabatur phs dicēs ſemen eſſe ꝓuum animal a pa
rentibus deciſum. Sed potius formatiua virtus eſt in ſemine. ſicut arti
fex in artificiato. Si eñ virtus formatiua inuenerit diſpoſitiōeʒ in ſemi
ne ad vnum ſexum. videlicet maſculinū. tūc ex ipſo producit maſculum
Et ſi inuenerit in ipſo diſpoſitionē ad ſexuʒ femininū. producit femellā
Nam ſi in ſemine magis dominatur caliditas. ꝑ hoc diſponitur vt po/
tius fiat maſculus q̄ʒ femella. Sed ſi ibi ꝑdominetur frigiditas. tūc ma
gis diſpoſitum eſt ad generationē femelle. Maſculus eñ ⁊ femella non
differunt ſm ſpeciem. ſʒ ſm materiaʒ. Nam ſi ſemen deciſum abundet

calore. tunc diſpoſitū eſt ad maſculi generationē Si vero frigore diſpo ſitum eſt ad femelle generationē ergo calidū ⁊ frigidum diuerſitatē in materia faciunt Quod aūt fetus quādoq; patri magis. quādoq; matri magis aſſimilat. ad hoc diuerſitas ſpermatū viri ⁊ mulieris in modis ⁊ diſpoſitionib⁹ qualitatū multum opatur. Habet autem ſperma viri ſe ſm Conſtantinū ſicut operatio artifex ⁊ ſubſtātia radicaliū mēbroꝝ Sperma vero mulieris ſe habet tanq; cibus aſſumptus in ſupplemētū Unde ſperma viri coagulo. mulieris vero ſperma lacti cōparatur Uiri eñ ſperma omnia facit ꝑ ꝟtutem formatiuam in eo exiſtentē Sed in mulieris ſpermate hec fiunt tanq; in materia apta ad recipiēdū opationes naturales ſpermatis viri Unde hec duo ſpermata recte ſe habent ſicut ſigillum ⁊ cera Sperma namq; viri calidum eſt ⁊ ſiccū. vt moueat ⁊ exſiccet. mulieris autē ſperma frigidū eſt ⁊ humidum. humidū quidem vt recipiat. frigidum vero vt retineat

¶ Quinto que ꝓporcio motus ad motum per planetas. ⁊ connexio

¶ Tunc ibi Quinto que ꝓporcio Quinta queſtio queſiuit que ſit proporcio motus ad motum. ⁊ coniunctio ipſoꝝ planetaꝝ adinuicē

¶ Ubi notandū ꝙ ſaturnus ſuum complet curſum in triginta annis Juppiter vero in duodecim annis Mars duobus vel circiter. Sol in vno anno. Uenus autē ⁊ Mercurius minus q; in vno āno Luna in menſe Planetas namq; ſic ſituauit Plato. nam infimū dixit eſſe lunā ſecundū dixit ſolē. Sed non ſunt ſic ordinandi. ſecundus eñ poſt lunā eſt mercurius. ⁊ poſt mercuriū eſt venus. deinde ſol. in medio. ſ. ſeptem planetaꝝ cōſiſtēs. tres habēs planetas ſupra ſe ⁊ ſub ſe. vn⁹ Luna mercurius venus ⁊ ſol mars iuppiter ſaturnus Uel in hoc metro Poſt ſim ſum ſequitur. vltima luna ſubeſt Ubi per quamlibet litterā haꝝ duaꝝ dcōnum ſim ⁊ ſum vnus planetaꝝ intelligendus eſt. ſcz ſ. i. ſaturnus. i. id eſt iuppiter. m. id eſt mars. ſ id eſt ſol. v id eſt venus. m id ē mercuri⁹ Ex quo patet ordo ſeptem planetaꝝ Sed que ſit proporcio motuū iam viſum eſt per tempus quo quilibet eorum ꝓprium perficit curſū Unū planete ꝓporcionantur ad inuicem in ſuis motibus recte ſicut numerus ꝓporcionatur numero Uerbi gratia ſaturnus ⁊ iuppiter habēt ſe in ꝓportione dupla ſeſquialtera Unde proporcio ſeſquialtera eſt quādo mai⁹ ſemel ꝯtinet minus ⁊ eius medietatem. vt tria ⁊ duo ſex ⁊ quatuor Sz dupla ſeſquialtera eſt quando maius bis cōtinet minus ⁊ eius medietatem Et ſic eſt in ꝓpoſito nam tempus motus ſaturni videlicz tringinta annoꝝ bis ꝯtinet tempus motus iouis ſcz duodecim annoꝝ. ⁊ medietatem eius ſcz ſex annoꝝ Juppiter vero ad martem ſe habet in ꝓportione ſeptupla Et ſic de alijs planetis ſuo modo dicendum eſt

Tunc ibi Sexto cum ſaturnus ⁊c. Sexta queſtio querebat. cum ſaturnus ſit planeta ſeuiſſimus. ven⁹ aūt benigniſſim⁹ an malignitas ipſius ſaturni veneris benign itatē temperet. ⁊ ecōuerſo benignitas ve

neris malignitate ſaturni retardetur ¶ Notandum ꝙ nullus planeta ꝑ malus eſt naturaliter quo ad ſuã naturã Sed bene dicũtur planete ma li quo ad influxũ ⁊ effectũ. Cum igitur ſaturnus ꝟtualiter ſit frigidus ⁊ ſiccus. ⁊ ꝑ cõſequens hoꝝ in hec inferiora influxiuus. Hec autem duo ꝯtraria ſunt vite. que conſiſtit in calido ⁊ humido Sed venus eſt plane ta ꝟtualiter calidus ⁊ humidus caliditatis ⁊ humiditatꝫ influxiuus. q̃ ad vitam ſaluandã ſunt neceſſarie. ⁊ ideo benigniſſimus dicit̃ Concur ſus aũt duoꝝ planetaꝝ quorũ vnꝰ ꝑ influentiaꝫ eſt beniuolus. alter ve ro maliuolus. ſe mutuo quo ad influentiã in hec inferiora temperant ⁊ mitigant Nam ſicut ex calidi ⁊ frigidi ꝯcurſu. ⁊ ꝯmixtione fit medium temperatũ vt puta tepidum. ſic ex ꝯcurſu planetaꝝ beniuoli ⁊ maliuoli maliuoli q̃dem malicia per benignitatẽ beniuoli obtemꝑat̃ Ecõtra be nignitas beniuoli ꝑ ma lignitatẽ maliuoli re tardatur ¶ Tunc ibi

¶ Sexto cum ſaturnus inter pla netas ſit ſeuiſſimus. venuſq̧ benig niſſimus. an malignitas vnius retar det benignitatẽ alterius ex oppoſito venientis ¶ Septimo cum corus naturaliter ſit frigidus ⁊ ſiccus. qua re nobis contrarius appareat.

¶ Octauo que ſit elementorum

Septimo cũ corus ⁊c. Septima queſtio eſt cũ corus ventus ſeptẽ trionalis int̃ fauoniũ ⁊ ſeptẽtriõeꝫ mediãs ſep tentrioni ꝓpinq̇oꝛ na turaliter ſit frigidus ⁊ ſiccus. quare eſt dũ ad nos ꝑuenerit ꝙ appa reat calidus ⁊ humidꝰ Ad hoc dicendũ eſt. ꝙ licet naturaliter ſit fri gidꝰ ⁊ ſiccus. quia tamẽ ad noſtrã habitationẽ non peruenit niſi ꝓus zo nam torridam ꝑtranſeat Nonne cuius frigus quod in ipſo erat depelli tur. ⁊ caliditas a loco originis impͥmitur Etiaꝫ anteq̃ ad nos ꝑuenit ꝑ maria inter locum ſue originis ⁊ noſtrã habitationẽ interpoſita opor tet ꝙ pertranſeat. exinde humiditatẽ ſuſcipiẽs Licet ergo corus natura liter ſit frigidus ⁊ ſiccus a loco ſue originis ⁊ a ſua natura. tamẽ rõe lo coꝝ per que flat humiditatem ⁊ caliditatem ſibi cõtrahit. quod exꝓmit̃ in ventis contrarie diſpõnis ſibi. q̇ ſunt humidi ⁊ calidi. Eo eñ ꝙ per tranſeunt regiones ſiccas ſiccitas in eis regeneratur Et quia ꝑtranſeũt montes frigidos ꝑpetue frigidi apparent. ¶ Tunc ibi. Octauo que

Octaua queſtio eſt. q̃ ſit elementoꝝ ꝓporcionabilis ꝯnectio Ubi notandũ eſt. ꝙ elementũ ſm Conſtantinũ eſt ſimpla ⁊ minima ꝑs cor poris cõpoſiti Minima q̃dem quo ad nos qui ſenſu non ꝑcipitur. Et enim ꝑticula minima ⁊ vltima in corporis reſolutione. ſicut fuit pͥma in ꝯpoſitione Dicit̃ autẽ ſimpla. non quia ſimplex ſit elementũ ſine ali qua cõpoſitione. ſed quia non habet aliquas partes cõponentes ipſuꝫ ſpecie ⁊ numero differẽtes. ſicut habent corpora mixta. ſed eſt vnũ totũ homogeniũ. cuius ꝑtes ideꝫ ſunt cũ toto. q̃libet ꝑs aeris eſt aer. ⁊ ſic de

alijs. Et dicitur elementū quaſi ylimētū ſm Iſidorū ab yle grece qđ eſt materia latine. eo ꝙ omniū corporum eſt materia ⁊ quaſi primiti/uum fundamentū. Scđm alios dicitur quaſi eleuamentum ſiue alimē/tum. eo ꝙ omnia alia corpora aluntur qualitatibus elementaribus et augmentantur. Sunt autem quattuor qualitates elementares. quar due ſunt actiue ſcȝ caliditas ⁊ frigiditas ⁊ due paſſiue. ſcȝ humiditas ⁊

connexio proportionalis
¶ Nono quis ſolis luneq; meatus

ſiccitas Vñ tal' eſt elementorū cōnexio ꝙ ſi duo elementa immediata in aliqua conueniunt qualitate ⁊ ſimbola. que eſt vni elemētorū eſſentialis ⁊ alteri accidentalis. Verbi gratia. ignis ⁊ aer conuertūtur ⁊ conueniunt in caliditate que eſt igni eſſentialis ⁊ aeri accidentalis. ſed differunt in duabus alijs qualitatibus ſcȝ humiditate ⁊ ſiccitate. quia aer eſt humidus ignis vero ſiccus. Sil'r eſt de aere reſpectu aq̄. Conuertūtur em̄ in humiditate que eſt aeri naturalis vl' eſſentialis. ⁊ aque accidentalis. Sed differūt ab inuicem frigiditate ⁊ caliditate. ſic etiam ſe habet aqua reſpectu terre. Cōuertūtur em̄ in frigiditate. que ē aque naturalis. terre vero accidētalis. ſed differūt in ſiccitate ⁊ humiditate. Terra em̄ eſt ſicca. aqua vero frigida ⁊ humida. Elementū autē primū ⁊ terciū. ſecundū ⁊ quartum. in nulla qualitate conueniunt. ſed in ambabus habent contrarietatem. Ut ignis in ambabus qualitatibus contrariatur aque. ⁊ aer terre. Inter hec autem quattuor elementa duo ſunt melioris ⁊ purioris ſubſtantie a c etiā leuioris. Et ideo naturaliter mouentur ſurſum. ⁊ trahunt nobilitatē ſuā quo ad opationem et ſubſtantiā ſuā ex vicinitate orbis celeſtis. a quo recipiūt influentiaȝ nobilitatis ⁊ ꝟtutis Nā virtus celeſtis primo influit ſupra ſperā ignis et poſt ignem ſuꝑ aerem. Et ideo hec duo elemēta ſunt ceteris ſublimiora quo ad ſituȝ. habiliora q̊ ad motū ſubtiliora quo ad ſubiectū. clariora ⁊ magis ꝑſpicua quo ad formā vigoroſa quo ad actū. Sed reliqua duo elementa ſcȝ aqua ⁊ terra alijs ſunt grauiora motū a circūferētia ad centrū habētia ꝑ aggregatōem partiū. ⁊ cōpactionē ſpiſſa ⁊ obtuſa. alijs duobus groſſiora ⁊ materialiora. plus habentia de materia ꝙ̄ de forma. quodlibet autem horum habet ſuū ornatū. Verbi gratia ignis. ſidera. aer volatilia. aqua natabilia ⁊ terra greſſibilia. Tūc ibi. Nono quis ſolis lune ⁊c.

¶ Nona queſtio queſiuit meatū ⁊ effectum ſolis ⁊ lune ¶ Ubi notandū quo ad motus planetarum. ꝙ quilibet planeta duplici motu mouetur. ſcȝ naturali ⁊ proprio. ab occidente in oriens cōtra motū firmamenti. Et motu alieno. ſcȝ ab oriente in occidens ex raptu firmamēti. Cuius violētia ſingulis dieb; ab ortu ad occaſum rapiūtur In motu aūt naturali quo nitūtur cōtra firmamētū. q̄dā tardius. q̄dā celerius. curſum ſuū ꝑficiūt. Et hoc ꝓpter circuloꝝ ſuoꝝ diſpoſitionem ⁊ quantitatē. Nā iuppiter moratur in quolibet ſigno per annū vnum Et ſic in

duodecim ānis complet curſum ſuum Mars moꝛatur in quolibet ſi
gno quadꝛaginta diebus.⁊ perficit curſum ſuum in duobus annis.Sa
turnus moꝛatur in quolibet ſigno per triginta menſes.⁊ complet cur/
ſum ſuum in triginta annis.Sol aūt moꝛatur in quolibet ſigno trigin
ta diebus ⁊ decem hoꝛis ⁊ ſemiſſe.⁊ perficit curſum ſuum in tricentis
ſexagintaquinq̄ȝ diebus ⁊ quadrante.Mercurius moꝛatur in quoli/
bet ſigno ſeptuagintaocto diebus ⁊ ſex hoꝛis.Et complet curſum ſuū
in tricentis ⁊ q̄dꝛagin
taocto dieb⁊ Ven⁹ mo
ratur in q̄libet ſigno
libet ſigno vigintino/
uē dieb⁊.Et cōplet cur

ſit ⁊ effectus

ſuum in tricentis ⁊ q̄dꝛagintaocto diebus.Luna moꝛatur in quolibet
ſigno duobus diebus ⁊ dimidio.⁊ ſex hoꝛis ⁊ biſſe vnius. Et complet
curſum ſuum a pūcto vſq̄ȝ ad punctū in triginta duobus diebus ⁊ oc/
to hoꝛis ¶ Scdo notandū q ſol ſm Yſidoꝝ dꝛ quaſi ſolus lucēs.eo q
ſit fons totius luīs.cuius radiatōe ſupioꝛa ⁊ inferioꝛa illuſtrant.Eſt
aūt ſol ſm aſtrologos planeta foꝛtunatus ſm ſe.ſed per cōiunctionem
aliquādo fit malus diurnus calidus ſiccus.⁊ ſic de alijs.Vñ ſol oia
viuificat.⁊ rebus omnibus vitam ſpeciē ⁊ foꝛmā amminiſtrat.Sol āt
omnibus luminaribus celi maioꝛ eſt quātitate dignitate ⁊ claritate.
Et magis calcati ⁊ expꝛeſſi eſt luminis.⁊ etiā maioꝛ eſt poteſtate ⁊ of
ficij multiplicitate.ac motus vniformitate.Nam mouetur ſp directo
motu in circulo ꝓpꝛio ſub zodiaco.medium ſemp tenens locum.tranſit
eñ recte circulis ſuis per mediam lineam zodiaci cuius methas ⁊ ter
minos non tranſcendit.Et ideo motus ſolis in circulo ſuo ꝓpꝛio ē vni
formis.q̄uis in reſpectu alioꝛum diſſimiliter mouere videatur Circu/
lus vero ſolis ſicut etiam zodiacus deſcribitur per duodecim ſpacia ſi/
ue ſigna.quoꝝ quodlibet continet triginta gradus.⁊ quilibet graduū
ſexaginta minuta.Vñ ſol recedendo ab vno puncto circuli ſui.⁊ reuer
tendo ad eundē trāſit p duodecim ſigna.Et tranſitus illius circuli an/
nus vocatur.Nec in die naturali pfecte tranſit gradū vnū.ſed trāſit ſex
agintanouem minuta ⁊ octo.ita q de illo ſexageſimo minuto rema/
nent duo ſigna impertrāſita.Intantū igit deficit q in vno die natura/
li nō pficit gradū vnum.Sol igit motu ſuo oꝛdinato ⁊ imperturbato
curſu oꝛdīat ⁊ pficit vniuerſa.Vñ Ambroſi⁹ ſic ꝟtutes ſolis deſcribit
Sol eſt oculus mundi.iocunditas diei.pulchꝛitudo celi.menſura tem
poꝛum.virtus ⁊ vigoꝛ omniū naſcentiū.dominus planetarū.decoꝛ ⁊ p
fectio omniū ſtellarum.Preterea ſol eſt fons mētis.i.memoꝛie.ratio/
nis pꝛīcipiū.lucis oꝛigo.rex nature.medius mūdi.fulgur olimphi.mo
deratoꝛ fundamēti.Ideo eñ mouetur contra motū firmamēti.vt mo
deret ⁊ temperet motū ſuū.Ideo dꝛ ſplendoꝛ olimphi.qꝛ dicit Ma/
crobius in libꝛo Ciceronis.Definitio fuit Platonis.oīm ſperaꝝ lu/
mē eē a ſole.Dicit eñ Plato in thymeo.Ingeniauit deus rerū condi/
toꝛ lucem clariſſimam.quam ſolem vocamus cuius ſplendoꝛe celū ex

omnia illuſtrantur. vt numerus exiſtat omnium animantium. Et Ariſtoteles in libro de elementis ait. Sol habet lumen proprium. ſtelle vero ꝛ luna lumen a ſole acquiſitum. Sicut quando a candela ſpeculū ei oppoſitum illuminatur ¶ Item notandum de luna ꝙ luna dicit̄ q̄ſi luīs vna. i. ꝑncipalis ꝛ maxima. Eſt eñi corpi ſolari in mag

**Ltima ſemicirculi planicies ꝓ ponebat. Cur tremor eſt in t̄ris**

nitudine ꝛ pulcritudīe ſimilima vt dt Iſidorus Luna vt dr ī hexameron. eſt mater totꝰ humoris ꝛ miniſtra. dominatrix maris. lumē a ſe nō habēs. ſed a plenitudīe ſolis mutuans. Luna eñi ſcḋm approximatōem vl' elōgationē a ſole formā ſuſcipit ꝛ figurā. Carēs igitur ꝓprio lumine a punctuali plenitudine ſolis lumen recipit. Ut eñi dicit Ariſtoteles in libro elementoꝝ. luna ſemper medietate ſui a ſole illuminatur. ꝛ lumen receptū reflectit in terrā Habet eñi luna naturam ſitem ſpeculo. qꝛ ꝓprio colore caret. ꝛ recipit calorem ab alio. Et quāto plus ſoli approximquat tanto plus de luīe ſuo ꝑdit ex parte terre. Sed claritatem quā ꝑdit ex parte inferiori. nullatenus ꝑdit ex parte celi. immo tanto plus ex parte ſuperiori illumiatur. Unde quando ſoli cōiungitur nihil luminis ad terram dirigit Sꝫ ex parte celi implens illuminatio ꝑmanet. ꝛ econuerſo quando ſoli opponitur tota ad terrā ꝛ non ad celū illuminat̄. vt dicit Beda ꝛ Macrobius. Et eſt luna inter planetas breuiſſimo tempore ſui temporis impletiua breuiſſimū eñi habet circulum. ꝛ ideo inter ſpacium viginti octo dierū per omnia ſigna zodiaci vagatur. vt dicit Ptholomeus. Eſt autem luna planeta frigidus cum exceſſu. femineus ꝛ nocturnus ꝛc. Moratur aūt in quolibet ſigno duobus diebus ꝛ ſex horis ꝛ biſſe Inter omnes eñi ſtellas erraticas luna eſt magis incerti ꝛ vagi motꝰ Nā ꝓpter breuitatēꝫ ſui curſus. nūc ſub ſole. nunc ſupra. nunc ante nūc retro euagatur. Nā cum ſol circuit ꝑ circulos auſtrales inferiores. ꝛ luna peragrat circulos boreales ſuꝑiores. tūc luna ſupma eſt. velut nauicula habens cornua. Et quādo eſt ſub ſole tūc habet cornua verſus terram declinata. quando vero decreſcit tunc eſt erecta: vt dicit ipe venerabilis Beda Tunc ibi. Ultima ſemicirculi

¶ Prima queſtio vltimi ſemicirculi eſt. que ſit cauſa terremotus. Ad dubiū dicendū breuiter ꝙ terremotus ex eo cauſatur ꝙ in terra vapores calidi ſunt incluſi Sol igit̄ ꝑ radioꝝ ſuoꝝ reuerberatōeꝫ ad terram ſuꝑficiē terre calefacit. Vapores incluſi agitātes viſcera terre cōcutiētes ꝛ petentes exitū. cum terra in ſuꝑficie ſit conſtricta reſiſtit diuiſioni vapores exire nō ꝑmittēs. vapor ergo incluſus calore tandē incenſus fortiter terrā agitat. ꝛ ex terre reſiſtētia tremor q̇dā cauſat̄ q̇ tremor quādoq; maior eſt. q̄nq; mīor eſt ſcḋm ꝙ vapores incluſi aſcēdētes

et exire volentes ſunt plures aut pauciores. Et ſm etiã q̃ terra in ſua ſuꝑficie eſt magis vel minus contracta  Tunc ibi. Cur cõcrepat.

¶ Secũda queſtio eſt. que ſit cauſa tonitrui ¶ Notandum q̃ tonitruũ eſt impreſſio generata in nube aquea propter vaporis calidi ꝛ ſicci agitationẽ. huc ꝛ illuc fugientis cõtrariũ ab omni parte coartati. et ex hoc inflãmati. ſed tandẽ in nube extinguens ꝛ ipſam rũpens Vel gñatur tonitrus ex collectõne nubiũ qñ a vẽtis cõtrarijs nubes agitate ad inuicẽ colliduntur ex mutua colliſiõe ad inuicẽ fit ꝯcuſſio in aere ꝛ ſtrepitus. q̃ ab antiquis tonitrus noĩatur.

¶ Cur concrepat aera fulgur
¶ Cur maris exundet rabies
¶ Guſtuſq; malignus

Dicitur aũt tonitrus vl' tonitruũ a terrore. eo q̃ ſonus terreat audientes. Vñ interdũ tam grauiter ꝑcutit vt oĩa diſſerpſiſſe videaꝰ. Nec mirari ſuper hoc q̃s debet. cũ veſica q̃uis ſit ꝑua tã magnũ ſonũ efficit ſi vẽto ſit repleta ꝛ violẽter fracta. Cũ tonitruo frequẽter ſimul fulgur emittiꝰ. ſed fulgur celerius videꝰ q̃ʒ tonitruũ auditur. Rõ q: ſenſus viſus ſubtilior eſt q̃ʒ auditus. Vñ prius hõ videt ictum hominis arborem incidentis q̃ʒ ipſum ſonum audiat. Vñ philoſophus dicit. tonitrus ẽ ſtrepitus ventoꝝ in ſinu nubiũ receptus. q̃ virtute mobilitatis ſue q̃ſlibet ꝑtes nubis interrũpit. ꝛ fragorẽ tonitrui introducit. Vñ ſm Ariſtotelẽ in libro metheoroꝝ. tonitruũ nihil aliud eſt q̃ʒ extinctus ignis in nube. Vapor eniʒ ſiccus eleuatus ꝛ calore aeris inflãmatus. quando a nube aquoſa intercipitur ſubito extinguiꝰ ex qua extinctione ſtrepitus tonitrui gñatur. Sicut quãdo extinguiꝰ ferꝝ ignitũ fit ſonitus ꝛ ſtridor  Tunc ibi. Cur maris ꝛc.

¶ Tercia queſtio eſt. cur rabies maris exũdat. Ubi ſciendũ q̃ luna aquaꝝ maris ẽ attractiua. ſicut adamas attrahit ferꝝ ſic luna mouet ꝛ attrahit poſt ſe oceanum. Unde in ortu lune intumeſcit mare ꝛ creſcit ex ꝑte orientali. ſed decreſcit ex parte occidentali. Et ideo quando luna eſt in occaſu tũc mare ex parte occidentis creſcit. ſed decreſcit ex parte orientis. Scdm igitur q̃ luna plus vel minus proficit in ſuo lumine. ſic plus vel minus in ſuo flumine mare ſe extẽdit. vel ipʒ mare retrahit. vt Macrobius refert in libro ciceronis. Oceanus eñi in decremento lune retinet iſtũ modũ. Nam primo die creſcentis lune fit copioſior ſolito. ꝛ abũdat in ſummo. ſed ſecundo die minuiꝰ. ꝛ ſic deſcendit vſq; ad ſeptimũ diem. Deiñ iteꝝ creſcat per ſeptẽ dies. ita q̃ in quarto decimo die eſt iterũ plenus in ſummo. Unde in nouilunio ſemꝑ mare eſt pleniſſimũ. ꝛ etiam in plenilunio  Tũc ibi. Guſtuſq;.

¶ Quarta queſtio eſt. cur guſtus malignus. hoc ẽ q̃ eſt cauſa ſalſedinis maris. Ad hoc dõm q̃ duplex huius ẽ cauſa Una quia tranſit per loca calida. Calidi aũt ſunt due operationes quantũ ad propoſitũ ſufficit ſcʒ adurere ꝛ atterere Calidũ igiꝰ hũores adurit. ex q̃ aduſtione

in ipſis amaritudo requitur. hoc modo mare per diuerſa loca tranſiens amaritudinē recipere poteſt Preterea cum mare ſit valde latum ⁊ diffu/ſum virtute caloris ſolis dulcior ⁊ ſubtilior pars aquaꝝ marinaꝝ ab ipſis attrahi poteſt Et ſic groſſiores relinquunt. que cum faciliter euapo/rari non poſſunt calore ſolis aduruntur. quam aduſtionē amaritudo ſequitur ¶ Tunc ibi Que natura pennatoꝝ ⁊c.

¶ Que natura pennatoꝝ eſtiua/liũ in hyeme deficientiũ ⁊ conuerſim.
¶ Quid grandinis rotunditas
¶ Quid niuis prolixitas ¶ Ne

Quinta queſtio queſiuit de natura auium. Cur. ſ. q̄daꝫ aues tēpore hyemali a nobis alienant. tp̄e vero eſtiuali redeunt Ad quod dici poteſt. ꝙ hoc contingit ꝓpter diuerſitatē tēpoꝝ. quia nō omne tēpus ad eaꝝ ꝯſeruatōēꝫ eſt habile. ⁊ ideo recedendo ⁊ redeundo motu illo ſe nituntur conſeruare Sunt enim quedā pennata tam modici caloris naturalis ꝙ propter frigus brumale in locis frigidis ſuſtentari non poſſunt Et ideo hyeme adueniente quedam eorum ad calidas regiones mundi tranſuolāt. vt videmus in cyconijs Quedam loca paludinoſa petunt. vt hyrundines Quedam etiā plumis cadentibꝫ in aliqua cauernula terre vel in arbore concaua in ſuis plumis ſe recipiunt vſqꝫ ad tempus vernale Et tunc calore veris redeunte fortificatur eorũ calor naturalis. q̄ procreat in corpore plumas iterato. ⁊ ſic reuiuiſcunt ad nos redeuntes. vt cuculus

¶ Tunc ibi Quid grādinis rotunditas Sexta queſtio queſiuit quid eſt grādinis rotunditas Ubi notandum eſt. ꝙ vt dicit Ariſtoteles grando eſt impreſſio generata ex vapore humido ⁊ frigido a frigore fugato. ⁊ ab interioribꝫ nubis propter dominiũ calidi circumſtātis Generatur autē in nubibus a terra longinquis. Et ideo cauſa generatiōis eius eſt vapor frigidus ⁊ humidꝰ in concauitate nubis receptus. qui ex frigiditate aeris condenſatur. Nam partes humide ⁊ frigide fugientes calorem aeris ſe recipiunt in interioribꝫ nubis. ⁊ ibi inuenientes vapores ꝑtes eius aggregant. ⁊ in ſubſtantiā grandinis congelant Unde vehemens calor eſtiualis grādinis generationē impedit. quia diſſoluēdo vaporem eius ꝑtes aggregatas pariter non admittit. Similiter nimium frigus in hyeme. quia tunc non eſt caliditas in aere. quā fugiens frigus ſe recipit intra nubem Grando autē parua ⁊ rotunda deſcendit ex ſupremis locis. vt dicit Ariſtoteles Cauſatur autē paruitas ⁊ rotunditas ex mora eius in aere ex longo tempore Unde ex cōuolutione diuturna rotundatur. ⁊ calore aeris partes eius aquee reſoluuntur ⁊ minorant Sꝫ in grandine in locis vicinis terre generata accidit contrariũ ex cauſa ꝯtraria ¶ Tunc ibi Quid niuis ꝓlixitas Septima queſtio querebat propter quid eſt niuis prolixitas. Ubi notandũ eſt. ꝙ nix eſt impreſſio ex vapore frigido ⁊ humido generata. ⁊ in infima ꝑte medij interſtitij

aeris congelate a mediocri frigido reſpectu pruine propter admixtionē
caliditatis. que quidē caliditas incluſa in eius ſubſtātia. ⁊ nō ſtatim de
victa a frigore circūſtante rarefacit eius ſubſtantiā ⁊ qualificat ipſaꝫ. re
cipiens albedinem in colore propter victoriā frigoris in fine. atq₃ ꝓpꝫ
expanſionē ⁊ diſperſionē ꝑtium nubis. ſeu propter frigus debilitatum
a calore frangitur in partes tantas admodum lane carpte. Nix enim ge
neratur in nube minꝰ fri
gida q̄ eſt illa in q̄ grā
do congelatur quod vt te
ſtatur mollicies calidi
tatiſ nimis admixta nu
bibꝫ prohibet ꝑtes eiꝰ
cōprimi ad inuicē ⁊ ve/
hementius aggregari. Nix ergo aqua eſt durior ⁊ ſiccior ex frigore circū
ſtante. grandine tamē mollior eſt ex mixtione caloris in nube. Dealbatur
aūt ex frigore in eius ſuperficie dominātē. ⁊ modico calore nix in aquaꝫ
reſoluta tam a duricie q̄ ab albedine de facili immutatur

bule potentia ¶ An virtus lapidū
ex cōplexione. an ex natura ¶ An
adamātina attractio ex componētibꝫ

¶ Tunc ibi Nebule potētia. Octaua queſtio eſt: ꝓpter quid ne
bule potentia eſt. Ubi notandū. q nebula eſt impreſſio facta ex reſolu/
tione nubium in aquā pluuialē reſolutoriā. vt dicit Ariſto. Uapores eī
ſic reſoluti ꝑ ſingulas ꝑticulas aeris diffuſi nebulā gignunt ⁊ inducunt
Que quanto terre eſt vicinior tanto eſt obſcurior ſpiſſior ⁊ frigidior. A
terra vero magis eleuata magis eſt ꝑuia minus frigida ⁊ obſcura Quā
do aūt nebula a ſole trahitur ſurſum totaliter mouetur. ⁊ in materiā nu
bis redit. ⁊ ideo future pluuie eſt ſignificatiua. Quādo vero totaliter a
radijs ſolis reꝑcuſſa deorſum cadit. ⁊ in ſuam redit originē deficit ⁊ eua
neſcit Unde purgato aere futuram preſtat ſerenitatē. Aliquādo corrūpi
tur in vapores ex quibꝫ generatur. ⁊ tunc eſt multū nociua florum Etiā
eſt germinantiū vineaꝝ corruptiua. ⁊ diuerſaꝝ infirmitatū animalibꝰ
inductiua. latronibꝫ ⁊ maleficis eſt cōueniens. qꝛ inſidiaꝝ ipſoꝝ eſt oc/
cultatiua. itinerantiū ⁊ peregrinantiū impeditiua Quia magna nebula
⁊ obſcura q̄ eſt incognita ⁊ incerta radioꝝ ſolis ⁊ aliaꝝ ſtellaꝝ eſt inter
ceptiua. ⁊ ideo nauigantibꝫ eſt ꝑiculoſa ⁊ grauis. vt dīt Beda. qa dū ne/
bule obſcuritas maris ſuꝑficiem occupat. vbi debeat nauis recte vertī
ignorat gubernator ¶ Tunc ibi An v̄tus lapidum Nona queſtio
eſt. an virtus lapidum procedat ex cōplexione forme cum materia. Uel
ex forma vel ex materia tm̄. Pro quo notandū. q lapis eſt ens mixtū
ex quattuor elementis. in quo eſt tria cōſiderare. ſ. materiaꝫ lapidis. ⁊ hec
eſt groſſa viſcoſitas ſeu humidū terreſtre. ita q materia lapidis ꝑticipat
iſta duo elementa. ſ. aquā terram ⁊ precipue terrā Huius ſignū eſt cum
ꝓprium ſit terre ſubſtare aque. ⁊ omne genus lapidis ꝓiectuꝫ ad ſuꝑfi/
ciem aque tendit ad fundum. Ex quo aꝑparet cum lignum ad ſuꝑficiem
aque poſitum non cadat ad fundum. ſed remanet in ſuperficie. quod. non
ꝑticipat preciſe illud elementū quod ſubſtat aque. ſed illud. quod ſuꝑeſt.

aqua.videlicet aerem. Querit aũt queſtio.an diuerſe virtutes lapidũ ꝯſequantur ipſos lapides rõne materie.vt dcm̃ eſt.an rõne forme.an ra/ tione cõpoſitionis forme cum materia Dicendũ cum Auicenna.ꝙ vir/ tus eſt ſequela forme.ex pte em̃ materie progredi non poteſt. quia cum omnes lapides eandem habeãt naturam ſeq̃retur ꝙ omnes haberẽt ean dem ꝟtutem. Verbi gratia.ꝙ omnes fugarent venena.cõcordarent diſ/ cordes.attraherẽt fer/ ruz.ꝛ ſic de alijs virtu tibus lapiduz De qui bus Albert[o] magnus in ſuis tractat minera lib. Forma igitur que

ſiml'.an ex vnius tm̃ incurſu ¶Quid pluuie dulcedo ¶Putei hyemalis

eſt natura principalis ꝛ ꝑ cõſequens ꝓncipium motus ꝛ quietis eſt quã virtus lapidum cõſequiẜ. Vñ forma ſubſtãtialis lapidũ eſt natura mo uens ꝛ inclinans eos ad ꝓprias ꝟtutes ad ſuas oꝑationes exercẽdas Vñ ſicut forma hominis mouet ipm ad ꝟtutem oꝑatiuam eoꝝ que nõ oꝑa tur aſinus. Sic forma magnetis ꝛ adamantis mouet ipos ad virtutez oꝑatiuam eoꝝ que nõ oꝑatur criſtallum vel margarita Hec ãt queſtio in generali propoſita poteſt ſpecificari hoc modo An ꝟtus adamãtina procedat ex ꝑte materie tm̃.vel ex ꝑte forme tm̃.vel ex ꝑte ꝯpoſitionis forme cũ materia Patet reſponſio.q: attractio ſequiẜ virtutẽ adaman/ tis.virtus aũt ꝯſequitur formam ꝛ nõ materiam

¶Tũc ibi Quid pluuie dulcedo Decima queſtio ꝓponebat. que ſit pluuie dulcedinis cauſa Pro quo notandũ.ꝙ calidum aduenies humi do duo facit Vel ipm adurit.vt caliditas ſolis ꝑ continuã actionem in aquas maris ipſas aduri.ꝛ ex hoc cauſaẜ amaritudo ipſi[9] maris.vl' nõ adurit.ſ3 digerit ꝛ decoquit attrahẽs ꝛ alleuans humiditates ſubtilio res ex aq̃s ad aerẽ ipas calefacit.ex q̃ digeſtiõe ꝛ decoctiõe dulcedo relin quiẜ Et hoc mõ aque pluuiales efficiunẜ dulces Hinc eſt ꝙ modica ps pluuialis aque humectãs ſegetes plus recreat ſuſcitat ꝛ fructificat.q̃3 ſi multũ aque fontalis aut fluuialis ſuꝑ ipſas ſꝑ geretur aut funderetur.

¶Tunc ibi Putei hyemalis Vndecima queſtio ꝓponebat prop/ ter quid fontes in hyeme ſunt calidi. in eſtate vero frigidi Videmus eñ fontes in hyeme fumare.talis autem fumatio atteſtatur fontium calo/ rem Huius ratio eſt.quia frigus vehemẽs ꝛ excellens tangens terre ſu/ perficiem inuenit in ipſa caliditatem in eſtate per poros terre receptam Agendo autem in ipſam caliditatem depellit eam ad interiora ꝛ ad ter re viſcera.in quibus eſt reſeruata ipſa aqua ex qua fontes ꝛ fluuij gene rantur Hec autem caliditas reſiſtit actioni ſui contrarij.ſc3 frigiditati. Ex qua quidẽ reſiſtentia ipſa caliditas fortificatur.nam ꝯtrariũ agens in ſuum contrarium ſi inueniat reſiſtentiam in ipſo ſua virtus minoraẜ ꝛ virtus alterius contrarij fortificatur Et hoc modo relinquitur calidi tas in aquis fontium tꝑe hyemali. Huius ſimile eſt.q: in hyeme dum

manus vehementer eſt in frigidata. ſi apponat igni vehemẽs calor agit in vehemẽtis frigus quod eſt i manibꝫ. Frigus autẽ calido reſiſtit. ⁊ per hoc ꝙ magis reſiſtit magis fortificatur. ⁊ hoc modo cõtingit manum pati maiorem punctionẽ. ſ; tamẽ per continuã ignis applicationẽ tandẽ frigus expellitur Sed frigus in hyeme circuſtans toti terre calidu; ſu/ſceptum in terra depellit ad eius inferiora Et ſic calidum reſiſtens fortificatur Preterea huius alia ratio eẽ poteſt. qa tpe brumali pori terre ↄſtringuuntur. ita ꝙ calor terre tm̄modo ꝑ fontes val; euaporare S; tempore eſtiuali pori terre calore ſolis apiuntur. quibꝫ aptis caliditas terre incluſa valet exalare Et q: terra naturaliter eſt frigida. abſente ca/lido frigefacit venas ⁊ fontium meatus. Hinc etiam trahit cauſa cur homines in hyeme ſunt celerioris digeſtionis ꝙ̄ in eſtate

caliditas. eſtiualis frigiditas ❡ Uiſus triplex emiſſio ❡ Colorꝝ ꝯcretio

Tunc ibi Uiſus tri lex emiſſio Duodecima queſtio q̄rebat Cur ſit triplex viſus emiſſio. qđ eſt intelligendū. Cur q̄dam aīalia acute q̄/dam acutius. ⁊ quedã debiliť vident. Sed potius intelligendū eſt de di/uerſis diſpoſitionibꝫ linee ducẽtis viſum ſup rem viſibilẽ, Nam oīs viſio fit ẜm triplicẽ lineam ad modū trianguli vel pyramidis ↄſtitutam. quarꝝ due procedunt ab oculo. ⁊ extendunť ſup duas extremitates viſi/biles Et tcia eſt ꝑ modum baſis hymaginande protenſe ab vna extremitate viſibilis ad aliam extremitatẽ eiuſde; Conus em̄ illius figure hymaginari debet in oculo. baſis ăt in re viſa. Et ſi contra radios viſua/les ↄtingeret concurrere anteꝙ̄ ad oculū poſſet ꝑtingere. propť nimia; viſibilis a viſu diſtantiã contingeret viſibile non videri Et ad ꝑfectam viſionem tria exiguntť. ſ. organum. verbi gratia. pupillus oculi vt ſit determinate diſpoſitus. ⁊ ꝙ mediū ſit illuminatū. ⁊ etiã ꝙ obiectu; ſit in determinata diſtantia ſituatum Alias em̄ viſum circa viſibile iudicãdo cõtingeret errare Nã quanto obiectum viſibilis plus diſtat ab oculo tãto concurſus radiorꝝ ſiue linearꝝ viſualiū conſtituit angulu; acutiorẽ. ⁊ ꝑ cõſequens tãto res viſa apparet minor Hinc eſt ꝙ ſol apparet ꝑue quãtitatis cū tamẽ ſit maior tota terra E conuerſo ꝓ quanto viſibile ẽ ꝓ/pinquus oculo tanto concurſus radiorꝝ viſualium cõſtituit angulū obtuſiorẽ. Et ꝑ conſequẽs tunc viſibile maius apparet.

❡ Tunc ibi Colorum concretio Ultima queſtio ꝓponebat. ꝓp/ter quid fit colorum diſcretio Ubi notandū eſt. ꝙ color ẜm Ariſtotelẽ in de ſenſu ⁊ ſenſato ẽ extremitas pſpicui in corporee terminato. Non em̄ dicit ꝙ ſit extremitas corporis ſimpliciter. ſ; potius extremitas ꝑ/ſpicui. hoc autem dicit quandam corporis qualitatem. Dicitur autem extremitas perſpicui. quia color appart in extremitate Et dicit in corpore terminato vel determinato. ad differentiã corporu; indeterminatorū

licet eni in corporibus indeterminatis aliquis eſt color. ille tamen non eſt in eius ratione ꝑſpicuitatis. aut ratione pure tranſparētie. ſed ratione alicuius terminationis. Fit aūt in corporib⁹ indeterminatis. Verbi gratia. in aqua vel in aere lumen dr̄ actus corporum indeterminatoꝝ. tenebre vero dicunt̄ ꝑuationes eius. ſic quodammō nigꝝ dicit priuatōes reſpectu albi. qꝛ eſt minoris ꝑfectionis. minuſq̃ de natura luc̄ ꝑticipat Generant̄ aūt colores medij ꝑ extremoꝝ colorꝝ ꝯmixtiōes. ita q̄ q̄libet ꝑs extremoꝝ cōmiſceat̄ partib⁹ alterius De his aūt ad libꝝ de ſenſu ⁊ ſenſato tractare relinquit̄. Tūc ibi Cum igitur.

¶ Cum igitur iſtarum queſtionum difficilis ſolutio animum mutationis non poſſet adimplere. vxori ſtuduit predictis poſtpoſitis ſubiugari. Viſis vndiq̄ virginibus in tedium ductus parentibus ſic reſpondit. Improbo corruptas. lectos deteſtor aniles Nil mihi cum feda virgine ſolus ero. Spretiſq̄ predictis. vt pote ſolutionibus difficilibus Ptholomei preceptis inquit de cetero inſiſtam. Sed ſignorum gradus planetarumq̄ diſcurſus ſine turris eleuatione facili viſu comprehendi non poſſunt. Quid inquit de cetero faciam: miſerum eſt me eſſe hominem. vtinā humanitatem poſſem exuere. aſineitatemq̄ induere: ſpecie permutata.

¶ Sit ergo diſcipuli ſumma magiſtratui ſubiectio. exercitij attentio. animi beniuolentia. ingenij docilitas. ſpecierum luxurie euitatio. feliciſq̄ conſtantie debita profeſſio

¶ Hic Boetius enumeratis queſtionib⁹ q̄ deſcripte erāt ī ſede cratonis. oſtendit quomodo fecit fili⁹ incōſtātie Et primo facit hoc. ſecūdo ꝯcludit ibi Quid de cetero faciā dicēs ſic Cum filius inconſtantie in queſtionib⁹ enumeratis proficere n̄ poterat ꝓpter eoꝝ difficultates ſtuduit vxorari Et cū viderat multitudinē virginū ductus in tediū parentib⁹ ſic reſpondit Improbo corruptas ⁊c̄. vt patet in tex. Et concludit ſe mag̃ ſolari velle q̄ȝ ducere vxorē Et tandē ꝓpoſuit ſtudere difficiles queſtiōes Ptholomei. dicēs ſe ꝑceptis ſuis velle inſiſtere Cū āt vidit q̄ gradus ſignoꝝ ⁊ curſus planetarū de facili nō poterāt ꝯpendi ſine turris eleuatōe: Dixit concludēdo. quid faciā de cetero. miſerū eſt me eſſe hominē Vtinā poſſem exuere humanitatem, ⁊ induere aſineitatem ſpecie ꝑmutata. Tunc ibi. Sit ergo

¶ Hic recapitulat seu epilogat recolligendo prius dicta dicens sic Sit igitur summa discipuli subiectio erga magistrum. exercitij attētio animi beniuolentia. ingenij docilitas. specierū luxurie euitatio, et felicis constantie debita professio

Explicit liber primus.
Incipit liber secundus

Ic incipit secundus liber et quartū capitulum. in quo secundum ordinem in prohemio promissum determinat Boetius de sagaci scholariū puisione cum sint in partibus alienis. Et diuidit in tres partes pncipales In prima premittit intentū cum hoc declarando diuersitatem cōplexionum humane nature In secūdo ostendit que requiruntur ad prouidentiā scholariū sagacē ibi. Felicis autē discipuli In tercia declarat reqsita ad scholariū puidentiā respectu corporis ibi. Cum aūt indiscrepans. Prima ad huc in duas Primo enim premittit intentū. secūdo exsequitur illud ibi. Cū humani corporis cōdicio dicens sic Omnia in precedenti libro expedita pro scholariū informatione sunt composita. scilicet in quibus debent informari Et quomodo se habebunt erga magistros suos Nunc aūt in presenti secūdo libro de sagaci prouisione eorum est breuiter tractandum.

Omnia sicut dictū est supius expedita ad scholarium informationem sunt affixa Nunc de eorum sagaci pro

¶ Notandū hic quod ex quo dicebatur in precedētis libri pncipio quod ei subiectū est aptitudo discipuli cognitionē veritatis recipiendi a docente Ideo ad hanc aptitudinē omīa que in hoc libro determinantur applicanda sunt et reducenda. quod in hac parte determinate sic reducendum est. Ostenso in parte precedenti in quibus debita aptitudo discipuli doctrinam recipientis consistit. quia in pcessu ad scientias ordinato Et in debita subiectione respectu docentis. que in tribus cōsistit. videlicet docilitate beniuolētia et attentione Nūc autor pertractat de prouisione aptitudini pdicte necessaria. que ad eam amminiculatur. ipsamque inducit Quoniam secundum Aristotelem natura humana est multipliciter ancilla. Propter eius enim nobilitatem et aptitudinē multis indiget Recte sicut miles ad actū militie exercendū indiget pluribus. videlicet armatura. seruis. equis. et alijs huiusmodi sibi necessarijs Sic etiam homo pro vite sustentatione indiget victu et vestitu sibi congruis loco connaturali Homines autem diuersarum sunt complexionum. et quidam minus quidam vero magis ad scientiam sunt apti. quoniam anima corporis cōplexionē cōcomitatur ut dicit autor sex principiorum Et quia hic agitur de aptitudine cognitionum veritatis recipiendi. etiam determinandum est de complexiōe que ad ipsam amminiculatur. Complexio autem indiget nutrimento. Et

ſi ſtudium exercere debeat.indiget loco.quia ſtudium ſapiētie eſt priuile/giatum vt loco ſolitario magis ſit aptum Alia vero ſtudia ſicut militaris ꝛ architectonice ꝛc.quia in publico conuenientius exercentur Nutrimentum igitur ꝛ locus complexioni ꝛ ſtudio organice obſeruiūt Naȝ ſicut viſus obſeruatur in oculo.ſic cōplexio in nutrimento.Unde ſimile eſt in medicinis Ipſa enim ex quo tractat de ſanitate Primo oſtendit in quibus ſanitas ꝯſiſtit quia in humorū ade/quatione.poſtea determinat de his q̄ ad.ſanitateȝ amminiculātur.eā ꝙ inducunt ꝛ ꝯſeruant ſicut ſunt humoꝝ euacuatio ſuperfluoꝝ.dieta congrua.ꝛ alia huiꝰmōi Sic recte procedit Boetius.poſtq̄ determinauit de his in q̄bꝫ aptitudo conſiſtit.iam tractat de illis que ad talem amminiculātur Et hec ſunt conuenientia loci.ſtudij ꝛ menſura alimenti cuilibet apta. Tunc ibi.Cum corporis humani

niſione breuiter eſt tranſcurrendum. ¶ Cum corporis humani conditio flegmate.ſanguine.colera.ꝛ melanco/lia conſiſtat ſuffulta.ab aliquo predictorum quemlibet neceſſe eſt elicere preeminentiam ¶ Melancolico

¶ Hic Boetius exequitur intentū oſtendendo diuerſitatem complex/ionum.Et diuidit in duas Primo facit hoc in generali Scdo in ſpeciali ibi Melancolico ꝓo.dicens pmo ſic Cū natura humana ꝯpoſita ſit ex q̄ttuoꝛ humoribꝫ.ſcȝ flegmate.ſanguine.colera.ꝛ melancolica neceſſe eſt quēlibet hominē habere preeminentiā in vno predictoꝝ

¶ Notandum hic ꝙ complexio humani corporis quattuoꝛ hūoribus melancolia ſcȝ flegmate ſanguine ꝛ colera fulta eſt.Unū neceſſe eſt quēlibet hominē ab aliquo predictorū accipere preeminentiā.ſcȝ vel in ſanguine vel flegmate ſeu alijs duobꝫ Et eſt humoꝛ vt hic ſumit corpus humidū in corpore animalis generatū aptum natū nutrire corpus.ꝛ eſt quadruplex vt dictū eſt Et qꝛ ſm Ariſtotelem ſecūdo de generatiōe.ex eiſdem ſumus ꝛ nutrimur. Ideo ceſſante humore in corpore animalis ſequitur eius deſiccatio

¶ Secūdo notandum.ꝙ complexio poteſt ſic deſcribi Complexio eſt ꝯtexio ſeu ꝯmixtio ſm magis ꝛ minꝰ dominās abcedēs ꝛ recedēs ab extremis ad mediū non ſimplr.ſed quo ad nos.Uel ſic.Complexio eſt diſpoſitio extrinſeca vel ſupficietenus apparens ſignificans cauſas in/trinſecas ꝯſimilr ſe habere Uel ſic Complexio eſt diſpoſitio alicuius de quatuoꝛ humoribꝫ reſultantibꝫ ex quatuoꝛ elementis dominicē ſm ꝓportionē inequalitatis Tūc ibi.Melancolico vero

¶ Hic in ſpeciali determinat de complexionibꝫ Et diuiditur in q̄ttuoꝛ ſm ꝙ quatuoꝛ ſunt complexiones.ꝑtes patebunt Et primo determinat de melancolica complexione.dicens ſic.Melancolico timori et tardi/

tati ſubiectio Neceſſariū eſt ſtudere in loco ſecreto ⁊ anguloſo. vbi nō fi unt magni ſtrepitus. vbi etiam non eſt lux intenſa Et gaudebit modica ſaturitate. cauendo ſibi de ſerotiua comeſtione. gaudebitꝫ potibꝰ me diocribꝰꝫ ad nature ſue ſubſidiū. prout labor ſtudij requirit poteſt reci pere potum plenarie ⁊ alia. ⁊ foueri ad menſuram. ne nimia ſtudij pro teruitas generet in ipſo thyſim ⁊ pectoris ſtrictitudinē ⁊ anhelitus

vero timor pigricieiꝫ ſubiecto ſub locis ſecretis ⁊ anguloſis. ſtrepituꝫ carentibꝰ. luciſꝫ parū recipiētibꝰ ſtudere eſt oportunū. Saturitatēꝫ decliuam. ſerāꝫ precauere cenā. potibꝰꝫ mediocribꝰ gaudere ad nature ſubſidiuȝ. ⁊ prout ſtudij deſiccatio exigit

¶ Notandum hic ꝙ complexio melancolica eſt quando mixtuȝ ex quattuor elementis componitur ſeu humoribus vbi humor terre predominatur alijs humoribus in mixto exiſtentibus. Et ideo ſi ille humor eſt frigidus ⁊ ſiccus ſic talis complexio eſt frigida ⁊ ſicca ⁊ terre aſſimilatur Sunt autem melancolici inferius groſſi. ſuperius autem apparēt macelenti. eo ꝙ melancolicus ſecundum humorem melancolicum eſt complexionatus Melancolia vero eſt humor terreus ⁊ groſſus naturam hominis deprimens in naturam terream. Unde melancolici ſunt terre comparabiles. Terra autem inter omnia elementa eſt plus materialis propter quod etiam dicitur fex omnium elementorum. Ideo etiam melancolici maxime ſunt groſſi ⁊ minime agiles Et propterea dicunt etiaȝ ſubiecti pigriciei Sūt etiam timoroſi. timor eñ opponit audacie. Audacia vero eſt ira quedā accenſa principaliter propter bonum. Ira eñ eſt accenſio ſanguinis circa cor Cum igitur melancolici ſunt humoris groſſi. eo ꝙ ſunt naturaliter frigidi ⁊ ſicci. ideo calor eorum non habet virtutem accendendi ſanguinem. propter quod ſunt timidi Decet etiam eos ſtudere in locis ſecretis ⁊ anguloſis. quia ſm Auicennam immunitas a materia reddit nos intelligētes Sed melancolici ſunt maxime materia onerati. vnde impeditur circa ſenſus omnis virtus intelligendi. eo ꝙ neceſſe eſt quēcunꝫ intelligentem fantaſmata ſpeculari. ideo debent eſſe in locis ſecretis Ut etiam quia timidi ſunt. ideo ad loca ſecreta fugiunt. Uel etiam quia valde ſunt materiales difficulter recipiunt impreſſionem alicuius cognoſcibilis. propter quod faciliter poſſunt impediri. ideo nullatenꝰ circa ſe ſtrepitum pati poſſunt Debet etiam melancolicus precauere nimiaȝ ſaturitatem. quia cum ſit groſſus ex ſaturitate nimia groſſi humores ⁊ peſſimi poſſunt generari. ⁊ ſic fieret omnino inhabilis Cuȝ etiaȝ naturaliter ſit frigidus ne ex defectu caloris naturalis nimiꝰ cibus maneat indigeſtus vt ſic corpus reſeruet Debet etiaȝ p̄cauere cenam tardam. quia ꝑ ſomnū fit digeſtio, ⁊ humorum congregatio. Ne igitur humor genera-

plenaria potus receptione ad menſuram confoueri. Ne nimiȷ̈ ſtudiȷ̈ proteruitas thyſim generet. anhelanſꝗ thoracis ſtrictitudinem

❡ Flegmaticus vero licet ſtrepitu rugientibus edibus luciſꝗ capaciſſim⁹ ſtudiȷ̈ preceptis poteſt informari. poculiſꝗ plenioribus pt̄ ſuſtētari. ciba

tus ex cibo abundanter exceſſiue ſiue in ſomnum ad cerebrū aſcendat ipſum deſtruendo ❡ Conſequenter notandum ꝙ melancolice complexionis ſunt Nam melancolicus eſt inuidus infidelis fallax inconſtātis animi. tardus in omnibus factis. inordinatum habens appetitum. diligit enim eſſe ſolus. eſt timidus dū homines debet inſpicere. hebes eſt ingenio. plures habens carnes. multum bibit. quia eſt ſiccus naturaliter. Parum comedit quia non poteſt digerere ratione frigiditatis. parum appetit coitus. Nihilꝗ vel parum poteſt. quia frigidus eſt ⁊ ſiccus. Si vero vult appetere. cibaria calida ⁊ hūida puluerosa. ſeu bene piperata ſumat. bonumꝗ vinum aut potum calidū potet. aut eſſet breuioris vite. Sic enim ratione caloris in cibis et potibus exiſtentis calor naturalis augmentatur. Et ratione humiditatis nutrimentalis humidum radicale incipit augmentari. Et ſic plus appetit ⁊ plus poteſt q̄ȝ ſine his. Et ſunt hec ſigna in his metris contenta. Inuidus ⁊ triſtis cupidus dextreꝗ tenacis. Non expers fraudis. timidus. luteiꝗ coloris ❡ Nota thyſis eſt conſumptio corporis naturaliter humectantis ex alteratione corꝑis prouenienſ. Unde thyſici ꝑ flegmatis emiſſionem conſumunt. ſic ꝙ vix cutem ſuꝑ oſſa obtinent. Unde lauto cibo poſſunt vitam ꝓlōgare. Thorax eſt pectus vel lorica. Tunc ibi. Flegmaticus vero. ⁊c.

❡ Hic oſtendit ꝓprietates flegmatici. Et vult ꝙ flegmaticus poteſt informari doctrinis in locis clamoroſis ⁊ capaciſſimis lucis. Poteſtꝗ foueri multis potibus ⁊ nutriri diuerſis variȷ̈ſꝗ cibariȷ̈s. Et ſi liceat dicere poteſt ſemel in menſe actū venereum exercere ❡ Notandum hic ꝙ flegmaticus poteſt informari documentis ſtudiȷ̈ in locis clamoroſis. qr̄ frigidus ē ⁊ humidus. Motus aūt ē caloris ⁊ ſiccitatis inductiuus. Si em̄ cōfricet̄ ad corpus calor gn̄at̄ Quia igit̄ frigidus ē motus qui ē actus ſtudēdi difficilior ē in maiori ſtrepitu. q̄ ſenſū mouet. ⁊ ita calor in eo intēdit̄. ⁊ q̄dammō humor ſuꝑfluus digerit̄. Hȝ em̄ flegmaticus ſanguīeȝ nō ita nobilē ſicut coleric⁹ Et iō nō facil̄r ꝑ ſtrepitū in actu ſtudiȷ̈ īpedit̄. Strepit⁹ tū nō ꝓmouȝ. ſȝ impedit ſpeculatōeȝ itellectualē. Eſt āt flegmatica ꝯplexio qn̄ aliqđ mixtū ꝯponit̄ ex q̄ttuor elemētis ſiue q̄ttuor hūoribꝫ naturā elemētoꝝ ꝯſitibꝫ. ita ꝙ humor aq̄us aliȷ̈s ꝑdn̄atur humoribus. Un̄ flegmaticus eſt frigidus ⁊ hūidus ſicut

aquā. Et naturaliter omnes mulieres flegmatice ſunt complexionis. Signa autem per que cognoſcitur flegmaticus ſunt hec Eſt albi coloris. carnoſus parua oſſa reſpectu ſue carnis habens. facie pinguis. non cito iraſcitur timidus. ⁊ non letus ratione frigidi conſtringentis. multum comedit. minus bibit. tardus eſt in factis ſuis. capillos habꝫ molles ⁊ rectos. multum continuare poteſt coitum. quia humidus. parum tamen appetit quia frigidus. Si vero multū appetere velit bibat fortia vina. comedat cibaria calefactiua. ſic confortabitur in eo calor naturalis. De ſignis ⁊ proprietatibꝫ flegmatici dantur hec metra. Hic ſomnolentus piger in ſputamine multꝰ Eſt huic ſenſus hebes pinguis facie color albus. Et ratione humiditatis cito addiſcunt ſed male retinent. ⁊ ratione frigiditatis tarde loquunt̄. Etiā rōne frigiditatis parꝝ appetūt coire. rōne aūt humiditatis multū poſſunt

riiſqꝫ omnigenis confoueri. venereoqꝫ acceſſu ſi fas eſt dicere menſurnus permoliri

¶ Sanguineus vero cuius complexionis fauorabilior propago eſt. omnibus ſitibus ac cibariis poteſt adaptari. quem ludendo ſepius grauiſſima queſtione nouimus confoueri q̄ꝫ ſi obliquantibus hyrcis parietes ſolus ocillaret: non tamen in hoc ſemper eſt confidendum. Hunc autem cibariis omnigenis gratiſſimis. potibuſqꝫ lenientibꝫ decet hylarari

Tunc ibi. Sanguineus vero. ⁊c.

¶ Hic ponit ꝓprietates ſanguinei dicens ſic. Sanguineus cuius complexio eſt nobilior inter ceteras ſtudere poteſt in omni loco ⁊ ſepe ludēdo queſtiones incorporare grauiſſimas. nō tamē in hoc eſt ſꝑ cōfidēdū. Scientia em̄ melius a quocūqꝫ acquiri p̄t ſtudendo q̄ꝫ ludendo. ⁊ debet delectabilibus vti cibariis ⁊ potibꝫ ſubtilioribꝫ ¶ Notandū hic. ꝙ ſanguinei ſunt naturaliter calidi ⁊ humidi q̄ꝛ faciliter recipiunt ⁊ recepta retinēt. q̄propter aptiſſimi ſunt ad diſciplinā. Vñ ſanguinea cōplexio eſt quādo mixtū aliqđ ex q̄ttuor cōponit̄ elemētis. vbi aer ⁊ virtꝰ eius p̄dominat̄ aliis elemētis Vel vbi ſanguis nature aeree aliis humoribus ab aliis diſcuſſis elementis in mixto p̄dominat̄ aliis elemētis. idō hecꝗ complexio eſt calida ⁊ humida aeri comparabilis. Signa huius complexionis ſunt ſcꝫ ꝙ eſt letus cantans. largus ſeu liberalis. amabilis. mediocriter rubeiqꝫ coloris. pius. conſtās. moderatus. ad virtutes naturaliter inclinatus. non multum loquens. nec nimis tacens. ſed facūdus non precipitans facta. non habens appetitum inordinatum vult conuiuere ſodalibus bonis. faciei non rugoſe. multum appetit propter caliditatem ⁊ multum poteſt propter humiditatem. vnde verſus. Largus amans hylaris ridens rubeiqꝫ coloris. Cantans carnoſus ſatis audax atqꝫ benignus. Tunc ibi. Colericus vero,

# Diſcipli. ſchola.

¶ Hic oſtendit conditiones colerici. Et primo facit hoc. ſecundo ſubiungit quandam cautelam. ibi. Cauendum autem eſt. tercio remo/uet dubium ibi. Si autem qualitatis. Primo dicit ſic Colericus qui ē pallide faciei ſtudebit in loco ſolitario. ne bilem infundit propter nimi/um ſtrepitum in ſuam ſocietatem Nec etiam venerabilem magiſtra/tus ledat maieſtatem. Et ſubdit dicens. O quantum vitanda eſt leſio magiſtratus Poteſt co/lericus etiam vti cena grandi. etiam ꝛ potu forti. Subiungit quā/dam cautelam dicens. maxime eſt cauendum ne litis horror in pot⁹ amminiſtratione extra/hatur Et vltimo remo/uet dubium ſic incidēs Cum ſit dictum de q̄t/tuor complexionibus poſſet aliquis dicere. q̄ modo nos habere pote/rimus dictarum com/plexionum cognitionē Remouendo dubium hoc dicit Boetius. ſi ig/norau eris aſſignare qualitates conſule philoſophos ſpeculatiuos ſeu medicos. ꝛ ſic fit mentibus intimatum. gnotoſolitos. id eſt noſce teipſ̄

¶ Colericus vero pallidule effigi/ei plerumq̄ꝫ ſubiectus ſolitudini ſem/per ſupponatur. ne nimij ſtrepitus au/ditu bilem in totam effundat cohor/tem. ſicq̄ꝫ magiſtratus venerabilem ne fedat maieſtatem O quā magiſtra/tus leſio eſt vitanda. Hunc cena grā/diori nouimus ſuſtentari. potuq̄ꝫ for/tiori deliniri. Cauendū āt eſt ne litis horror amminiſtratōne potus iſtius rabidū mentib⁹ extrahatur. Si autē

¶ Notandum hic ꝙ complexio colerica eſt quando mixtum com/ponitur ex quattuor elementis ſiue humoribus. ſic tamen ꝙ humor ig/neus alijs humoribus in eo predominatꝰ. Signa autem per que cogno/ſcitur hec complexio ſunt iſta. ipm eſſe pallidum ſicut eſt cinericeus. qđ actionem calidi ſuper humidum conſumptum ſignificat. etiam fortiter bibit ꝛ plus q̄ꝫ comedit. gracilis non carnoſus. facies eius macra ꝛ gra/cilis. cito iraſcitur. iraq̄ꝫ eius cito tranſit. audax eſt. preceps in omnib⁹ factis. in tremore immoderatus. quaſi nullum timens loquendo. capil/los habens duros ꝛ nigros. ſuperiora eius ſunt groſſa. oſſa magna ner/uos ꝛ muſculos habens duros. Mobilis ꝛ velox eſt ꝛ non piger. quia caloris eſt faciliter mouere omnia membra. prodigus eſt ſemper dans. circūſtantias non attendens. multum appetens. quia calidus. paruꝫ po/tens quia ſiccus. Unde ſi vtatur humidis cibarijs et calidis. vtpote pullis iuuenibus in recenti aqua decoctis. hec nature eius poſſunt ſuf/fragari. Signa hec iam dicta habentur in his verſibus. Hyrſutus fal/lax iraſcens prodigus audax. Aſtutus gracilis ſiccus croceiq̄ꝫ coloris.

¶ Si quis dicat. Auerrois ſuper de celo et mundo habet ꝙ omnia mixta habent predominium a terra. Et licet ideo mouentur

ad centrū ratione grauitatis. Uidetur ideo ꝙ omnia mixta sunt melā colica. Dicitur ad hoc duplex est predominiū elementoꝝ in mixto Quodam em̄ ſumitur ſm qualitatem tm̄. aliud vero ſm q̄titatem mol̄. Dictum igit̄ Auerrois intelligit̄ de quantitate molis. quia in omni mixto terra hoc modo p̄dominatur. Mixtum em̄ debet eſſe firmum ⁊ non cito frangibile. cuius cauſa eſt terra. Sed dictum autoris intelligit̄ de qualitatum predominio. Unde aliquando quantitas terre predominatur alijs. aliquando qualitas ⁊ operatio ignis. ⁊ ſic de alijs complexionibus. Hoc igitur modo complexiões ſortiunt̄ ſpeciem ⁊ numerum ❡ Conſequenter notādum ꝙ nū

qualitatis aſſignate ignorās ſit ſocietas theoricos conſulat. ſecꝫ ſic ꝯgnoſcat: pluribus vero mētib⁹ intimatū eſt gnotoſolitos Felicis ꝟo diſcipuli

q̄ꝫ due complexiones in ambabus proprietatibus oppoſite ſimul eſſe poſſunt in eodē. vt flegma cū colera. ⁊ melācolia cū ſanguie. niſi in gradu cōfracto. Eo ꝙ cōtraria ſit̄ eidē ineſſe nō poſſunt. ſm tamē eſſe remiſſum iſti quattuor humores bene in vno cōgregant̄. Et q̄ habēt ſimbolum ad inuicem facilius inuicem componi poſſunt. vt flegma cum melancolia. quia communicant Sed melancolia ⁊ ſanguis ad inuicem componi non poſſunt quia in ambab⁹ q̄litatib⁹ ſeu proprietatibus differunt. Et ſimilit̄ colera cū flegmate facilit̄ componi non poteſt. cū etiam in ambabus qualitatibus repugnent Quia igitur quattuor complexiones ꝑfacte raro ꝟe ⁊ ſimplices reperiunt̄. ſed ſepius ꝯmixte. iō dinoſcere eius cōplexiones nō eſt puerile Que tamē complexio in vnoq̄q̄ꝫ genere predominet̄ capi p̄t aliquo mō ꝑ ſigna antedicta.

❡ Nota ꝙ ꝯplexio ſanguinea q̄ calida ē ⁊ hūida aſſimilat̄ aeri. vere vento auſtrali ⁊ inter planetas ioui. ac inter etates hoīs iuuētuti Hec oīa calida ſunt ⁊ humida. Flegmatica ꝟo ꝯplexio aſſimilat̄ aque īter elemēta. hyemi īter ꝑtes anni. fauonio inter vētos. lune īter planetas. et etiā ſexui muliebri. Hec em̄ oīa frigida ſunt ⁊ hūida. Colerica complexio aſſil̄at̄ igni. ſubſolano. eſtati. ⁊ etati virili. ⁊ inter planetas ſoli. Hec em̄ omnia calida ſunt ⁊ ſicca. Sed melancolica aſſimilatur terre autumno. boree ſeu vento ſeptemtrionali. ſaturno. ⁊ decrepitui. quoniam hec frigida ſunt ⁊ ſicca ❡ Notandum ꝙ triplex eſt colera. ſcilicet combuſta temperata ⁊ melancolica Combuſta viget in hominib⁹ nigram habentibus faciem. quaſi ſolaribus radijs combuſtam Et tales ſunt multum rebelles de facili ad iram commouentur. ⁊ cum inebriantur furibundi. Temperata autem colera viget in hominibus pallidam ⁊ aliqualiter rubeam habentibus faciem. Et ſunt tales diſcretiores in mente. ⁊ frequenter furioſi non multum ſegnes Colera aūt melācolica vigꝫ in hoībus lutulētā faciē habentib⁹ ⁊ ſunt hm̄oī ſꝫ triſtes

diſcretio magiſtratui ſubiici gaudeat
Eumqꝫ metuendo diligat. fidelis ex/
iſtat ne ſub picturate dilectionis ob/
tentu albinus exiſtat detrahendo
Quid enim detractore nequius. ve
magiſtratus detractori etiam ſi mille
fuerint Venienti autem magiſtro
aſſurgat pro loco ꝛ tempore ipſum ſa
lutādo inclinet. eumqꝫ ſi iubeat aſſe/
quatur Manſioni quoqꝫ eius ſi pt
ſe inſerat cohabitando. vt ſic caſtiga/
tus non ſolū ſe remordeat: verū etiaꝫ
ſi locus affuerit. ad eū confluat dili/
genter inquirēdo. Si aūt diſcipulus

ſemꝑ habentes varias ymaginatiões phātaſticas Et de tali intelligit
lrā. Tūc ibi Felicis aūt diſcipuli. ꝛc. Hic ponit quoddam pceptū gene/
rale Et pmo facit hoc. ſcdo dictū ſuū magis reſtringit ibi. Si aūt diſci
pul' Adhuc pma diuidit in duas. pmo poit doctrinā. Scdo ꝯtra detra
ctoré exclamat. ibi. Quid ei detractore nequi'. Primo dr ſic. Diſcretio
felicis diſcipuli gaudeat ſe ſubiici mgratui. ꝛ metuēdo eū diligat. ꝛ in oĩ
bꝫ ei fidelis exiſtat Nō
ſub dilectōe picturata q̃
lis albin' extiterat de/
trahēdo. Et tūc excla/
mat detractionē dicēs
Quid eſt nequius de/
tractiōe. dato ꝙ mille
eēnt Fidelis etiā diſci/
puli diſcretio aſſurgat
inclinādo loco ꝛ tpe cō
gruis magiſtro ſuo vei
ente. ꝛ ſi iuſſerit ipſum
ſequat Et ſi fieri pōt in
ſerat ſe māſioni ei' co/
habitādo. vt ſic caſti/
gat' non ſolū remorde/
at ſe. ſꝫ cū locus fuerit
ꝯfluat ad mgrm dubi
a inquirendo Et illud
magis ſpecificat dicēs
Si diſcipul' ꝑm ꝙ ne
ceſſariū eſt nequeat ſemper magiſtro ſuo exhibere pſentiā interdū ꝓpter
habitationis diſtantiā. ꝛ qñqꝫ ꝓpter alterius rei cām. tūc habeat dicti
cas lateri ſuo promptas. quibus diligenter imprimat qd ſibi expreſſum
fuerat a magiſtro ¶ Notandum hic ꝙ felix diſcipulus gaudenter
ſe magiſtro ſuo ſubiicere ipſumqꝫ timere debet Nam qui non timet. non
obedit. ꝛ ſi nō obedit non eſt ſubiectus. Non aūt ſic debet timere ipſum
ſicut fur patibulum. ſed vt debitos honores ſibi impendat. ꝛ eius man
dato ſe ſubiiciat. ipſum in nullo commouendo Ipſum etiam diligere de
bet. quia ſi non diligat ipſum: precepta ſua non cuſtodit ſed contemnit.
Talis aūt ꝯtemptus ſubiectionē impedit Debet aūt diſcipulus debi/
tam exhibendo magiſtro reuerentiam tempore ꝛ loco aſſurgere Nō qui
dem omni tempore. qꝛ non dum ſtudio eſt impeditus. nec omni loco. qꝛ
non in ſcholis vel locis ſtudii Et ſi poteſt diſcipulus commorabitur ma
giſtro ſuo. ne ſolus in ſtudio ſe remordeat Tunc autem quis ſe remorde
re dicitur in ſtudio quando ꝓprio intellectu ad aliquid acquirendum la/
borat. quod ꝑ ſe inueſtigare non ſufficit. Diſcipulus eñ qñqꝫ magnos
circa materiam aliquam facit labores ſuper qua faciliter poſſet a magi
ſtro ſuo expediri Si aūt cum ſuo magiſtro moram habere nō poſſet ha

beat dicticas in quibus dubia emergentia conſcribat. tempore vt oportuno eorum ſolutionem ſuo a magiſtro inquirat

¶ Nota dictica dicitur a dictamen ⁊ ycos cuſtodia. vnde. Clerice dictica lateri ſit ſemper amica. Nam ſine dictica vix retinebis ita Jtem vox audita perit. littera ſcripta manet. Sed obiiceret quis hoc eſt contra commune prouerbium ſcilicet cordi non carte. ⁊c. Dicitur ad hoc ꝙ iſta non opponuntur poteſt enim primo dubium notificari ⁊ dicticis inſcribi ⁊ poſtmodum intellectui. Et ſic non ſolum dicticis eſt commendandum Tunc ibi Cum autem

Poſtꝗ̄ Boetius oſtēdebat preceptum quoddam obſeruandum in diſcipulis propter aptitudinē recipiendi cognitionem veritatis a docente

magiſtro ſuo ſemper vt neceſſarium eſt nequeat exhibere preſentiam. tum propter manſionis ſue diſtantiam. tum propter alterius rei cauſam. dicticas lateri ſuo ſemper promptiores habeat cedulas vequibus diligenter imprimat quod conſcientie proprie nouerit intimatum. eiuſq; explicite inquirat dubitatum. Cum autem in diſcrepans conueniensq; affuerit commenſalium connexio annua vel citerior ſecundum propoſitum commorādi voluntas. Salis autem lignorum q; in eſtate fragmenta Autumni copiam vindemie trituram capricorni cō

Hic oſtendit quedam alia precepta Et diuidit hec ps in duas. nam pmo ponit illa pcepta. ſcdo declarat eoꝝ cās. ibi Ne artoropi mucor Primo dt ſic Cū igit ꝯnexio ſtudētiū ſeu ſcholariū fuerit concors. ita ꝙ habeat ꝓpoſitū inſimul morādi per tēpus vnius anni aut circiter. tunc ꝯueniēs eſt ꝙ iuxta eoꝝ facultatem feſtinent ſibi ꝓcurare copiam ſalis frumēti lignorum ⁊ copiam vindemie Sal quidem ⁊ ligna in eſtate. frumenta ⁊ vina in autūno. ⁊ in capricorno congeriem carniū Hoc em̄ maxime conſentaneū eſt ſanitati Et aſſignat cauſam Ne mucor artocopi inficiat anhelitum. ⁊ ne etiā vinū inſipidū cordis ſecreta ꝯfundat. ⁊ ne etiā ſequatur rancor carniū. Et ne fetor triture incluſus corrumpat inteſtina. ⁊ ne lignoꝝ defectus ꝯtrahat membra. ⁊ etiam quod peius eſt ne continua infirmitas ſequatur

¶ Notandum hic ꝙ ſm philoſophū in politicis. homo viuens ſolitarie aut eſt deus aut beſtia. Nō eſt q: eſt adeo rudis ꝙ de nullo curam gerit Et hic beſtia noīatur. Non em̄ viuit vt hō. eo ꝙ vite intellectuali non inſudat. aut eſt adeo perfect⁹ felicitate mellicita coria ꝙ nullo indiget. Et ſic deus id eſt diuinus eſſe dicitur. vnde hmo naturaliter eſt

animal politicum ꝛ ciuile habitans inter alios homines. vt ſic homi/nes ſibi mutuo ſuppleant defectus. Docet autē hic autoꝛ qualiter ſcho/lares ſibi pꝛouidebunt in diuerſis varios eoꝛum defectus supplentibus nam contracta ſocietate congrua ſcholares puiſionem facient in nu/trimentis ꝛ alijs ad vſum vite neceſſarijs. vt in ſale. lignis. carbonibus vino. frumento. ꝛ alijs hm̄oi coꝛpus ꝯſeruantibꝫ ꝯplexionē iuuantibꝫ ꝛ ad aptitudinem inten/tam amminiculantibꝫ

geriem carnium O q̄ pꝛoficiens ſani tatisq̄ conſentaneum ſecundum fa/cultatem in vnum componere. Nec arthocopi mucoꝛ anxionarius anhe/litum infirmet. Et ne vini inſipidi a coꝛ coꝛdis ſecreta confundat. carni/um laniſte rancoꝛ ſaliſq̄ tritura fetoꝛ incluſus inteſtina coꝛrumpat. ligno/rumq; defectus membꝛa contrahat. ꝛ quod deterius eſt quotidianis in/curſibus ingroſſetur anxionarius. Magna vero diſcipuli ꝯmoditas ē, put facultas ſuppetit nccāria mgr̄atui ex hibere nedū ei⁹ inhiat executiōi rerū

Item notandum ꝙ vnuſquiſq̄ menſis ſua pꝛopꝛia habet exerciti a. vt patet in his verſi bus a ianuario conſe/quenter enumerando. Poto ligna cremo. de vite ſuperflua demo. Do gramen gratū mi hi ſeruit flos mihi pra tum. Meſſes inclino. ſegetes tego. vina pꝛo pino. Semen humi iac to. mihi paſco ſues mi hi macto

Item pꝛo vocabulis textus notetur pmo ꝙ arthocopus dr̄ ab ar thos grece. qđ eſt panis latine ꝛ copos laboꝛ quaſi panis cum laboꝛe fac tus Unde. Eſt arthos panis quod pbat arthocopus

Item rancoꝛ dicitur carnis ꝓpꝛietas. Acoꝛ vini. ꝛ mucoꝛ panis. vn̄ Carnis rancoꝛ. acoꝛ vini. mucoꝛ quoq̄ panis. Item Non miſer hic ferē in cuius ſepe popina Muſcidus eſt panis caro rancida pendula vina.

Tunc ibi. Magna vero diſcipuli ꝛc̄. Hic boetius ꝯtinuando p/poſitum ſuum oſtendit quid expediat magiſtro ꝛ diſcipulo commodi/tas vt ſuam iuxta facultatem magiſtro ſuo pꝛouideat de vite neceſſa/rijs. ne tempoꝛe quo ſibi intendere deberet inſtruendo circa rerum venali um curas ſe habeat occupare. Subdit exclamationem dicens. O q̄ ab ſurda eſt egeſtas magiſtratus

Notandum hic ꝙ magna in hoc conſiſtit diſcipuli commodi tas vt iuxta ſue facultatis exigentiā ſuo pꝛouideat magiſtro de vite neceſ ſarijs. Sic enim tanto poteſt fidelius per eum infoꝛmari. ymmo nun/q̄ ſibi facere poterit condignam laboꝛum recōpenſam Unde ſicut filius pꝛopter ſubſtantiam quam aſſumpſit a parentibus. nō ſufficit eis red/

bere equiualens Sic nec diſcipulus magiſtro p ſcia ab eo ſibi miniſtrata In ſignum cuius dicit philoſophus in ethicis. diis parentibus ꝛ magiſtris non poteſt reddi equiualens. Faciat igitur diſcipulus magiſtro ſuo iuxta facultatis exigentiã laborum recompenſam. ſcꝫ in vite neceſſariis ſubueniendo Nec (vt dicit autor in textu) tempore inſtructionis ſcholarium victualiũ procurationi habeat intendere. vnde fructus ſcholaſtici proueniat menoramentum. Nam pluribus intẽtus minor eſt ad ſingula ſenſus ꝛc. Tunc ibi Lotricũ autem vetu

¶ Hic agit de prouiſionib9 adhibendis in feriorib9 dicẽs ſic. felix diſcipul9 abſtinebit ſe a frequenti lotricum ꝛ vetularꝫ acceſſu. immo quanto talis rarior tanto ſalubrior Subiũgit cãm dicens. Ne vetule ꝛlotrices pmiſſe domũ eius accedere ſuggerãt famulantib9 ſeu cõſulant aliqua quib9 fieret ei9 depaupatio ſeu diffamatio quoniaꝫ raro reperit fidelitas ſeruiẽtium ꝛ in piculo ꝯſtantia Subdit exclamationem dicens Ve ſeducenti mancipio cui delectio domini plenarie confidit. immo tali nihil ſedius ſeu ingratius valet inueniri

venalium indulgeat comparationi. O ꝙ abſurda eſt magiſtratus egeſtas lotricum autem vetularumqꝫ remotio ꝙ ſumm opere appreciãda eſt. earu mqꝫ acceſſus quanto rarior tanto ſalubrior. Nec dum venerit aliquid ſuggerat inquinatum. vel a mãcipio extrahat quid permollitũ. quoniam mancipiorum raro reperitur clemementia. rarior in agone conſtantia. Ve ſeducenti mancipio in quo confidit plenaria dominantis

¶ Notandum hic ꝙ ſtudentes ſibi prouidebunt congrua de familia tam quo ad ſexum muliebrem ꝙ etiam maſculinum Ut per eam de cura domeſtica ſubleuati ſcholaſticis actionibus tanto efficatius valeant inhiare. licet em̃ ipſi indigeant mulieribus. non tamen eas debẽt attrahere. qꝛ cum mulier naturaliter ſit meretrix ne lotrix ad ſuuꝫ veniẽs mancipium ipſum alliciendo mala ſibi perſuadeat quibus bõa ſua forſan dilapidarent ¶ Notandum circa vocabula textus. ꝙ agon agonis vel ago onis dicit locus belli. ab a quod eſt ſine ꝛ gonus angulus quaſi ſine angulo. qꝛ fieri ſolet ſine angulo Sꝫ ſm Huguitionẽ venit a verbo ango gis ere Jñ agonizare. i. certare Jñ agoniſta. i. pugil

¶ Item mancipium idem eſt quod famulus. ꝛ dicit a manus ꝛ capio quia ſeruus debet eſſe captus manibus. i. poteſtatib9 ſui domini. ita ꝙ ſuis preceptis obediat. quod ſi non fecerit verus non exiſtit ſeruus

¶ Tunc ibi Hoſpitium mundum. ꝛc.

¶ Hic declarat Boetius fruitiũ fideliũ ſeruoꝝ declarando cũ hoc exẽplariter maliciam ſerui infidelis dicens ſic Seruus fidelis. hoſpitiũ do

mini ſui ſeruabit mundum ⁊ thoral dealbacum. Hec enim ſunt ſigna fidelis ſerui. Oppoſitum autem eſt de mancipio detrahenti. Tunc ibi Cunctos terreat

dilectio. quid tali fedius eſt quid tā/
to grauius. Hoſpitium mundum.
ſupellex mundatum. thoral dealba
tum. mancipij prudentia rerum exit⁹
conſiderātis ſedulitati dominice ſem
per aſſiſtentis decenti vultu ſunt cō/
ponenda. Quid mancipio detrahen
ti crudelius eſt Cunctos terreat in
felix elimas ab elimando dictus. no
men ex re contrahens. que cum nyco
ſtrati munera ſuſcepiſſet. p̄mo ei vul
tu ſeruiuit blandiori omnia ad nutuʒ
amminiſtrans. fideliſq; per omnia ex
iſtens. fideliorem ſe eſſe promittens.
Quicquid vero nycoſtrati poſſide/
bat fidelitas ipſius commiſſum eſt in
fidelitati. quid plura. cum nequiſſi/
mi elimatis infelix prouidentia cun/
cta prouidiſſet ſibi ſuppeditari. carni
um alimenta. piſcium fomenta. cete/
rarumq; rerum venaliuʒ commertia
omnia in duplo quam eſſent appreci/
ata dominicis auribus intimabat.
Sicq; touius ſubſtātie hauſit incre
menta nycoſtratūq; in ſummā traxit

¶ Hic declarat exemplariter predicta de quodam ſeruo qui vocabatur elimas qui habebat dominuʒ qui vocabatur nycoſtratus. Iſte autem elimas primo intrans hoſpitium domini ſui exhibuit ſe fidelem. ⁊ p̄miſit ſe in poſt adhuc fideliorem. Et ſic dominus ſuus omnia ſua bona cōmiſit ſibi diſponēda. Quod vidēs dictus elimas dixit ſe in duplo plus expendiſſe in rebus vſui humano neceſſarijs q̄ rei veritas habebat. Quo dominum ſuū in ſummam traxerat paupertatem creditorum/q; in exclamationeʒ diurnam. Nihilq; menti amarius imprimi pōt. Maxima autem penuria domini ſui ſerui in cognitionē eum p̄duxerat. Tandemq; cuʒ ſuper ſuo errore increpabat. quod dictus elimas dū audiuerat in verba prorumpens contumelioſa dominum ſuum interfecit. Corpuſq; ſuum domini ſui nycoſtrati canibus dimiſit deuorandum. Tunc Boetius exclamando dixit. O q̄ deteſtabile factum proditoris impietas perpetrabat.

¶ Nota q̄ tria ſunt genera ſeruorum fugiendoꝝ ſcʒ ſubtrahentiū. Unde hic Boetius nos edocuit. Scdm ē bilinguiū. Uñ Boetius ſatis recitat in textu p̄xime ſequēti. ibi. Seruus aūt bilinguis. Terciū eſt ſeruoꝝ crudeliū. vñ in textu immediate ſequēti iam allegatū textū ibi, Seruoꝝ ſiquidē crudelitate Tunc ibi. Seruus aūt bilinguis ⁊c

¶ Hic Boetius reprobat ſecundum genus ſeruorum vitandorum dicens ſic. Seruus bilinguis procul expellatur ⁊ ſi conſanguinitatis linea fuerit coniunctus  Tunc ibi. Seruorum ſiquidem ⁊c̄.  Tangendo ſecundum genus ſeruorum fugiendorum. quo innuitur cauſa vitationis ſecundi generis premiſſi ſeruorum fugiendorum. Dicit ſic. Multos incidere vidimus pericula per ſeruorum crudelitates

Tunc ibi. Creditoribus autez ſum ma adhibeatur dicti ⁊c̄.

¶ Hic oſtendit vtilitatem acquirendi creditores. Et primo facit hoc. ſecundo oſtendit modum acquirendi ſocios. ibi. Prudentis ꝓ ſcholaris. Dicens primo ſic. Summa dicti cōmendatio eſt creditoribus exhibenda Et tēpore ꝑfixo mutuatū reſtituendū ꝓ poſſe. Declarat hoc dicēs. multū dulcis ē trāſactio creditoris. Et vicinoruz ſuffragilis exhibitio ſcholari nō multum in neceſſarijs abundanti.

¶ Notandū hic ꝙ ſcholares ſuo ꝓ poſſe creditoribus ſe exhibebunt veraces ꝑ eos eñ actio diſcentis crebro adiuuatur Niſi eñ ſcholaribus longinꝗs ſtudentibus in partibꝫ per creditores aliquotiens fieret ſubuentio. multum occuparēt tp̄is repatriādo. ⁊ ꝑ ꝯſeq̄ns ſuis a ſtudijs impedirent. quare cōgruum eſt. immo ſumme ꝯueniens ſeruare fidem.  Tunc ibi. Prudentis ꝓ ſcholaris. ⁊c̄.

¶ Hic oſtendit modum acquirendi ſocios fideles ⁊ eligendi. Et primo facit hoc. Secundo oſtendit eius vtilitatem ibi. Quid dul

egeſtatem. ⁊ in creditorum diurnam exclamationem. Qua nihil amarius imprimitur ve creditoris inſanie: maxima vero nycoſtrati penuria cum in mancipij erroris cognitionem perduxit. Tandem tarde cum climatem ſuper errore ſuo conuenit. Quo audito ſtatim in contumelioſa verba prorupit. dominiꝗꝫ in viſceribus mocronē ſepeliuit. ⁊ quod prius omiſerat ſecū aſportauit. dominicumꝗꝫ corpus canibus ad deuorandum reliquit. Ecce ꝗꝫ deteſtabile proditoris impietas ſcelus perpetrauit. Seruus bilinguis procul expellatur. ⁊ ipſius imminente nequicia ſtatim deponatur. licet conſanguinitatis proximitate cōiunctus exiſtat. Seruorum ſiquidez crudelitate multos ſociorum vidimꝰ incurrere iacturam. Creditoribꝫ autem ſumma adhibeatur dicti commēdatio dieꝗꝫ prefixo debiti ſemper pro poſſe ſolutio. Scholari vero cui pleno cornu copia non arriſit. O ꝗꝫ dulcis eſt creditoris tranſactio affinium

cius. dicēs ſic Quilibʒ ſcholarʒ prudēs ſp aliq̄ ſocio gaudebit cui ꝓpriā detegere poſſet ꝯſciam Et ſi fortuna fuerit nubila inde poſſet ꝯſolari Et ſi morbo ꝑuciat ab eo in ſibi neccārijs pōt iuuari ꝛ ſi viā carnis vniuerſe ingrediať. ꝑ euʒ facultates ſupermanētes fideliter diſponantur. Sicqꝫ ad corporis peruenerit valitudinē poſſet ab eo nutriri cōſolari ꝛ cubatum duci. Si vero vigeat ſanitate priſtina gaudeat cuʒ eo permutatim queſtionibus diſputatiue Etiam ſi opus fuerit i moribus ab eo dirigatur. Ac etiam tempore ꝛ loco congruis iocorū generibus ab eo recreari. quo mutua dilectōnis integritas inter eos videbitur manere. Hoc etiam modo ꝙ primo erit inſtillans. ſecūdo inundans ꝛ vltio inebrians Tūc ibi Quid dulcius quid p̄clarius.

qꝫ ſuffragij exhibitio. prudentis vero ſcholaris conſtantia ſemꝑ aliquo cō ſorte gaudeat ſpeciali cui poſſit ꝓpꝛiam detegere conſcientiam. qui nubila exiſtente fortuna diligenter ſubueniat. Morboqꝫ ingruente ſe ſeduluʒ exhibeat. Et ſi tetra mortis caligo affuerit ſuperſtes facultas diſponat. ſi vero viuus euadat. ab eo poſſet ſuſtē tari paſci. liniri conſolari cubatuʒ duci diuerſis etiam partibus procurari Vigente vero valitudīe libellis gaudeant permutatim queſtiunculis certatim commendabili etiam recordatione gradatim caſtigationis felicitate conuerſim diuerſis ac varijs iocoruʒ generibus dulciter obſequendo Sicqꝫ inter eos mutue dilectionis maneat integritas. vt primeui temporis ros inſtillans. in medio inundans in fine vero inebrians exiſtat Quid dulcius. quid preclarius. quid certe melius. Preſtantis enim amoris nulla fauoris eſt adeptio. Inuidia vero ſi ſecundum quid euenerit ſcilicet in diſcendo gratiſſima eſt Simpliciter au

¶ Hic oſtendit vtilitatem predictoruʒ dicens. Quid eſt dulcius quid preclarius. quid ve melius q̄ꝫ talis amicorum conſtantia: nulla immo fauoris adeptio tali poteſt eſſe melior. Subdit ſi inter eos venerit inuidia. ſꝫm quid videlicet in diſcendo. talis eſt gratuita ꝛ bona. ſi vero ſimpliciter inter eos venerit. hoc ē nulla rationabili de cauſa tūc. proprij corporis eſt conſumptiua ꝛ mortale peccatum.

¶ Notandum hic ꝙ prudens ſcholaris conſortium inibit cum ſocio ſuo ſibi fideli cui propriam poſſet detegere conſcientiam. Hoc enim tā ad corpus videlicet quam etiam ad ſcientiam. Ad corpus quidem vt ſi

fortuna fuerit nimis proſpera ſubueniat ei in temporalibus Si pre
ueniatur egritudine manum ſibi porrigat adiutricem. Sicqꝫ tetra mor
tis affuerit caligo. vt ſuperſtites diſponāt facultates. Si vero conua-
leſcat vt eum ſuſtentet. paſcat. liniat ⁊ conſoletur. Quo ad ſcientiam q̃
dem. videlicet vt permutatim gaudeant libellis repetitione dubiorum
et errorum caſtigatione tam in moribus ꝙꝫ in ſcientijs. ſolatioſiſqꝫ eti
am iocis ad honeſtatez ſpectantibus ſibijnui-cem obſequantur. De-bent eniz ſolacioſis io-corum generibus hone-ſte mutuo obſequi. q̄a tranquilla requies vite humane eſt neceſſaria. Per ipſam enim ſpiri-tus qui vitam homi-nis ducunt ⁊ vegetant recreantur. Hec autem
requies in iocis quodammodo conſiſtere videtur. eo ꝙ iocus quieti aſſi
milatur. vt ait ypocras. Demus licentiam iocis ſicut damus licentiaz
quieti. Quies autem eſt neceſſaria curis que ſtudium virtutis ⁊ ſcien-
tie impediunt. Per iocum igitur cure depelluntur. Subdit Boetius
in textu ꝙ integritas ſocialis dilectionis manebit ad modum roris ge
nerata. vt ros primo noctis tempore inſtillat in medio inundat ſeu creſ
cit. in fine vero inebriat. Sic ſcholaris cum ſocio amicitiaz contrahēs
paulatim eam augeat. ⁊ vltimate inter eos perfecte amicicie integritas
conſiſtat. non enim cito debet generari ⁊ cito corrumpi. ſicut de ſtipu-
la incenſa cito ignis generatur ⁊ cito deficit. Sed paulatim debet ge-
nerari. vt ſic permaneat incorrupta. Amicus enim ſummo querendus
eſt opere. Nullus enim ſine amicis viuere eligeret reliqua bona omnia
habens. prout habetur octauo ethicorum. Nihil enim tam aptuz tam
ꝯconueniens ad res ſecundas ⁊ aduerſas. Ideo dixit philoſophus
quidam Amicicia eſt deſiderabile nomen refugium felicitatis miſerie
releuatio. que eſt indeficiens ⁊c̄.

tem proprij auctoris cōſumptiua eſt

Um me parentis ꝓuidentia
eius colloquio vt aſſolet die-
bus paucis ꝓmittens cōſolari athe-

¶ Item notandum hic ꝙ duplex eſt inuidia. ſcilicet ſz quid ⁊ ſim
plex. Inuidia ſm quid eſt que venit legitimam propter rationem. vt ſi
quis ſcholaris plura ſciret. ⁊ alius inuideret. cogitans ſe etiam velle tā
tum addiſcere ſicut ⁊ ille. talis inuidia gratuita eſſet ⁊ meritoria. Sim
plex autem inuidia eſt que non venit rationabilem propter cauſaz Ut
verbi gratia ſi quis alteri inuideret propter bona eius opera ſeu famā
laudabilez. talis inuidia propriū conſumit auctorē. ⁊ eſt pctm̄ mortale

Hic Boetius oſtendit exēplariter quō ſcholaris q̄libet fidelem
habebit ſociū dicēs ſic. Cum diſcretio parentū meoruz miſerat
me athenas cauſa ſtudij ꝓmittens cōſolari eius colloquio pau-
cis diebꝰ ꝓut fieri eſt cōſuetū. tūc inueniebam ibi ſociū vnū noīe fauo
reum. non quidem a verbo denominatum. ſed a fauore q: multuz erat

fauorabilis. Qui cū me primo inſpexiſſet itinere fatigatū diuerſa con ſiderantem ⁊ crebro ſuſpirantē queſiuit de qua gente ⁊ patria eſſez Duxitq; me ſecum cauſa conſolandi. ⁊ q̄ſiuit a me an ibi ꝓpter ſtudium veniſſem. queſiuit etiam cuius r̄ōis ⁊ artis eſſem Poſt tres vero dies oſtē dit mihi nomina vicorum dicens ſic. hic florent diuinatōes chaldeoruz hic manifeſta viget gloria Tholomei. hic clara veritas Ariſtotelis. hic ꝓbata platonis diuinitas. hic zenonis diſcretō. ⁊cꝭijs. vt pz in textu

nas ob cauſam ſtudij me miſiſſet. vni cum vite mee inueni cuſtodem nomi ne Fauoneum. non a vēto ſed a fauo re denominatum. Hic cum me pri mo inſpexiſſet itinere fatigatū. diuer ſa conſiderantem. creberrime ſuſpirā tem queſiuit. cuias eſſez. ſecumq; me adduxit curialiter cōſolans breuiter inquirēdo. ſi ob ſtudij cauſaz illic ve

¶ Notandū hic ꝙ fa/uoneus Boetiū diuer ſis inuolutū curis cre/bro ſuſpirantē cuius eſ ſet ꝓfeſſionis vel ſecte curialiter interrogauit Tunc em̄ tp̄is ſic ad/huc ſunt tres erant ſec/te p̄ncipales. ſcȝ ſtoico rū quoꝝ p̄nceps erat ſo crates Sed q2 ſocrates ō ſcripſit niſi de mori bus. iō platonis volu/ſit ſuſcipe tractatū. Alia erat ſecta paripatheticoꝝ quorū p̄nceps erat Ariſto. Tercia fuit epicureoꝝ quoꝝ p̄nceps erat Leucipp9 Queſiuit igiť fauoneus cuius ſecte erat Boetius. Et poniť ibi augi ꝓportorum. Et venit a nomine auguſtus ⁊ portus. Preſagia aūt dicūtur futuroꝝ diuinatōes. que ex cōiunctōe ſeu concurſu aſtroꝝ cognoſcunť. in quibus chaldei ſtuduerūt. erant aūt apud eos inuente Tholomeus aūt multū viguit in aſtronomia. ideo dr̄ gl'a hoc eſt gl'oſa ſcientia aſtronomica ipſius Tholomei. Ariſtotilica vero ſcientia vocatur ſincera veritas. eo ꝙ falſitati eſt impermixta. Unde commentator ait qui recedit ab Ariſtotele recedit a veritate Platoni aūt attribuiť cōꝓbata diuinitas. Plato em̄ pre ceteris philoſophantib9 p̄mo oīm in celeſtiū intelligantiam ⁊ p̄me cauſe cognitōem videtur ſe erexiſſe. Erat em̄ plato ſocratis diſcipulus q̄ moribꝰ inſuť auit. Sed plato in celeſtium cognitionem intellectum erexit. Unde ⁊ ſocrates ſuꝑrimendo ſe cignum album in ſinu habere conſpexit. q̄ de ſinu ſuo euolando volatu celū penetrauit. ſe ꝑ volatū erigendo. Socrates experiens nouit ſomniū illud alicuius fore preſagiū. Certo igiť tempore tranſacto quia philoſophie intēdēs aſſiduis cōſiderationibus ſubtilior extiterat. p̄mo naturas rerum generabiliū inq̄rendo. Deinceps in cognitōem corporum celeſtium ingenium ſubleuauit. nec ibi ſiſtebať. ſed naturā celi penetrādo de p̄ma cauſa ac intelligentijs altiſſimas habebat cōtemplatōes ¶ Notandū ibi. Zenonis concretio. ꝙ zeno geometer erat qui voluit ꝓbare circulū poſſe quadrari. ſicut recitat commentator. Arguebat enim ſic. in quocunq; genere contingit reperire magis ⁊ minus in eodem eſt reperire equale. illud eſt commune principium ad omnes ſcientias Sicut etiam illud in quo

cuncꝫ genere contingit reperire extrema. in eodem contingit ⁊ medium
reperire. Hoc autem principium commune ſpecialiter ad geometriam
zeno applicabat per ipſum probando ſpeciales concluſiones. quod non
eſt faciendum. Nam per principia communia concluſiones communes
probari debent. Communis em̄ effectus communem requirit cauſam
Et ſpeciales alicuius ſcientie concluſiones debent probari per ſpecia/
lia principia. Proceſſit enim zeno ſic minorem ſubſumendo. Sed con/
tingit reperire circuluz
quadrato maiorem et
etiam minorem. ergo
contingit reperire cir/
culum quadrato equa
lem Dicitur ergo in lit
tera zenonis concretō
hoc eſt principiorum
communium ad con/
cluſiones proprias cō/
iunctio vel copulatio.
Unde concretio poteſt
hic dici premiſſarum
ad concluſionem intel/
lectualis coniunctio vel copulatio.

niſſem. cuiuſcꝫ profeſſionis eſſem. cu
iuſcꝫ facultatis. poſt triduum vico/
rum nomina oſtendendo. Augipor/
torum confragia dicens: Hic vigent
chaldeorum preſagia. Ptholomei
non latens gloria Ariſtotelis ſincera
veritas. Platonis probata deitas.
Zenonis concretio. Peribonij dilec/

Ulterius dicitur hic in textu.
Peribonij dilectio. quia Pribonius de amicicia ⁊ dilectione librum
quendam conſcripſit. Aliqui tamen textus habent deletio. ꝙ eſt intel/
ligendum ꝙ peribonius omnia principia deleuit. dixit enim ꝙ non con
tingeret contradicere. Et quia ſupra contradictionem aut affirmatio/
nem ⁊ negationem fundantur omnia principia. ideo delendo contradic/
tionem omnia principia deleuit. Ulterius dicitur. Pictagore promiſ/
ſio. Unde promiſſio eius fuit homines bene ⁊ virtuoſe viuentes poſt
exutum corpus corpora nobilia debere ingredi. Et per talem tranſfor
mationem depurari vt ad ſedes celeſtes fierent habiles. Sed hominibꝰ
male agentibus quandam promiſit penam ſcilicet poſt mortem coruz
tranſcorporari. corpora ignobilium ſcilicet pecudum ingrediendo. vt ꝑ
continuam tranſcorporationem ad penitentiam reducerentur. ⁊ ad ſe/
des ſidereas habilitarentur. Dixit enim animam comparari ad corpus
ſicut nautam ad nauim. Nauta enim poteſt ingredi diuerſas naues. er
go anima etiam poteſt ingredi diuerſa corpora. Hoc autem reproba/
tum ē ab Ariſtotele non em̄ eſt omnino ſimile de nauta ⁊ naui. ⁊ de ani
ma ⁊ corpore. Eſt autem bene ſimile quo ad hoc ꝙ ſicut nauta regit na
uem. ſic aīa regit corpus. Diſſimile tamen eſt in hoc. quia ſicut domifi
catio non poteſt fieri per q̄cuncꝫ inſtrumēta. nec etiam ars aliqua alia.
Verbi gratia. non per fiſtulas ⁊ huiuſmodi. Sic nec anima poteſt mi/
grare de corpore in corpus. Comparatur namcꝫ anima ad corpus ve/
lut artes ad inſtrumenta. ſicut igitur non contingit vnamquācꝫ opera
ri per vnumquodcꝫ inſtrumētum. Sic etiā nō contingit animam que

eſt cordoris inſtrumentum quodlibet corpus intrare. Deinceps per yli/os homeri troiana hyſtoria ab homero deſcripta intelligitur. Per au/xiomata vero mychali regulas ⁊ propoſitiones difficiles quas My/chalus ſuper muſica compilauit intelligamus. Has enim cum more/retur in capſa eburnea depingi fecit. ⁊ eaſdem ſepulchro ſuo imponi iuſ/ſit. que poſt longa tempora fuerunt inuente. ⁊ anxiomata fuerunt ap/pellate. ab ango angis angere. eo ꝙ intellectum anxiauerunt ſeu impe/diuerunt studentium. Per ypocratis ſcruti/nia intelliguntur prin/cipia que perſcrutan/do ſm viam ſenſus et experientie ab ypocra/te fuerunt inuenta Un/de Ipocras fuit medi/cus peritiſſimus. Per ſcrutabatur enim om/nes venas hominum. Ipſe enim fuit primus medicus qui corpus ho/minis fecit membra/tim dilaniari ſeparan/do corpus a venis vt ꝑ/ciperet meatus omnium venarum. Cum autem dicitur ypodromij con/fuſa gloria. intelligendum eſt ꝙ ypodromium erat locus in quo exerci/tabantur curſus equorum. Unde ex velocitate curſus vnius equi pre a/lio equitans confuſam gloriam conſequebatur. Dicitur etiam Dare/tis aporiſmata. Unde dares faciles propoſitiones ⁊ communes facili/ter intelligibiles compilauit. Unde vocantur huiuſmodi aporiſmata: hoc eſt apertiones. eo ꝙ animum auditorum per eorum claritatem ape/riunt. ¶ Item ariopagus dicitur ab ares quod eſt virtus ⁊ peragos vil/la vel locus aut campus. quaſi locus vel campus virtutis. Et ſic vicus athenienſis vocabatur vbi philoſophi ſtudebant. Inde ariopagita ma/giſter illius vici. Item paleſtra paleſtre. dicitur ludus vel locus luc/tandi. Et dicitur a palin quod eſt motus vel mobilitas. Item miſſile media correpta dicitur ſagitta a mitto tis tere. quia mittitur in hoſtes

**tio ; Pictagore promiſſio. Homeri hylias. ⁊ labor theſeos Euclidis theoreumata. Et michali anxiomata. Daretis aporiſmata. ypocratis ſcrutinia. Ariopagi efficatia. legū peritia ypodromij cōfuſa gloria Circi victoria Paleſtre potētia Ceſtus fulmiatō Miſſiliū telaio Flautaꝝ exclamatio**

¶ Nota ibi. Euclidis theoreumata. ꝙ eſt theos grece ē a timor vl' deus latine. Inde theoro theoras theorare. id eſt videre. quia deus om/nia videt. vel eſt conſiderare diuina. Inde hoc theoreuma theoreuma/tis. id eſt elegans vel aperta verborum deſcriptio vel regula. Unde re/gule geometrice dicuntur theoreumata quaſi apertiones. quia mentez lectoris aperiunt. Et hoc theoriſma theoriſmatis pro eodem. Scđm alios tamen theoreumata dicuntur ꝓpoſitiones per ſe note.
Ubi notādū ꝙ Euclidis primo ſcientiā geometricā adinueit Et pmiſ/ſit ꝓpões ꝑ ſe notas. ex qb⁹ ſpeculāť ꝯcluſiões poſteriores. Primo eñ

oſtendit quid punctus q̄d linea. z tales terminos notificauit. Et ex il
lis colligit ꝓprias ꝓpōnes illius ſcie. z hmōi theoreumata vocantur.
Item circa hunc textū Coree cōuentio. ¶ Notandū ꝙ corea dr circulꝰ
cuius centrum eſt dyabolus. Et ethimologiſaſ quaſi cor iens ad eter/
nam damnationem. Vn̄ btūs Auguſtinus ſic inquit. Melius eſt fo/
dere vel arare dominicis dieb; q̄ꝫ coreas ducere. Unde dicit chriſtus ad
hominem. tu habes in
capite ſertum de flori/
bus. ego aūt coronam
ſpineā. tu chyrothecas
habes in manibus z e/
go clauos defixos tu in
albis veſtibus tripudi
as. z ego deriſus ꝑ te
ab Herode ad pilatuꝫ
miſſus fui indutus al/
ba veſte. tu tripudias
ſaltādo cū pedib; z ego
pedib; laboraui. Ego
ꝑ te extēſa habui bra/
chia in cruce tu in core
is brachia extendis ad
modū crucis in obꝓbri
um meū Ego in cruce
dolui. tu in cruce exul/
tas. tu hēs latus z pe
ctus in ſignū ianis glo
rie z luxurie z ego latu s ꝑ te habui ꝑforatū

**iuuente preuagotio. Corce conuen/
tio. Cum ergo hec et alia multa
fauonei intimaſſet liberalitas. que
nam mihi eſſet facultas queſiuit. quā
teqꝫ expenſe loculi mihi poſſet ſuffice
re nummoſitas. Cuiuſqꝫ diſcipline
promptior eſſet mentis intentio. om
nibus ſibi per ordinem reſponſis qͦ
dam memorie dignum amicis auri/
bus inſtillauit ꝙ ſcꝫ parcitati pecu/
nie inſiſterem diligenter. quoniaꝫ pu
dori cōſentaneū eſt ſtulte cōmiſſa di/
lapidare. Cogenteqꝫ pecunie neceſſi
tate pudore confuſum me repatriare**

Tūc ibi. Cum ergo hec z alia Hic oſtendit Boetius documē/
ta q̄ dederat ſibi fauoneus dicens ſic. poſtq̄ꝫ iſta z plura alia fauoneus
mihi intimaſſet interrogauit que eſſet facultas mihi z quantis ſuffice
rem expenſis. Et cuius diſcipline mentis intentio eſſꝫ promptior Qui
bus omnibus per ordinem reſponſis inſtillauit auribus meis documē
tum memoria dignum. ſcꝫ ꝙ diligenter inſiſterem parcitati pecunie. ne
inutiliter ipā dilapidata cōfuſus pudore cogerer repatriare. Adhuc ali
ud mihi inſtillauit documentum. ſcilicet ꝙ ſi me inſerere vellem doctri
nis alicuius magiſtri diligenter inſpicere deberem ſi eſſet bene morige/
ratus. Et ſi artium liberalium vbertate polleret. Et remota negligen
tia ſuorum ſcholarium promotioni intenderet. qͦdqꝫ viderem cuius eſſꝫ
profeſſionis. Et ſic eum diligenter audirem. Et poſito ꝙ eſſet bonus
licet balbutiens non ab eo recederem. vel ſi a ꝑparentia tantum in ipſo
fuerit que mentes ſtultorum aſſolet retinere ſicqꝫ retrogradus efficerer.
Subiungit cauſam. Melius eſt enim informari fructu balbutientis
ſcilicet tedioſo. q̄ꝫ ſeducentis dulcore cecitatis gloriari. Subdit dicens

# Diſcipli. ſchola.

ꝙ fideliter ꝑ dictū fauoneū plurimis inſtructus in ſecretis. manſi in ſtu
dio atheneſi octo decim annis ſemꝑ anhelans ad ſuꝑiora ꝗ̄tacūq; etiā
mala exꝑtus. Subiungit cauſam ſic dicens. Non eſt dignus dulcoris
acumine qui amaritudinis grauamine nequit inuiſcari. Subiungit ſe
ſemꝑ diſcipline Ariſtotelis ⁊ herodiani inſudaſſe. alioꝝq; ſcintillas phi
loſophorum menti diligenter cōmendaſſe

Aliud etiā nō a via rōnis exorbitans
ꝯpalauit. vt ſi alicuius deſcipline inſe
rerē. me ꝓus diligēter inſpicerē. ſi bo
nis moribꝫ obediret. libaliūq; artiū
vbertate tutius polleret. Remotaq;
oīm negligētia ſuoꝝ ꝓmotioni indul
geret Cuiuſq; ꝓfeſſionis eſſet vt ꝑ tri
duū eū diligenter audirē cūcta etiam
ꝯſiderarē. vt ſi bonus licet balbutiēs
nō tm̄ ab eo recederē. vel ſi nouerca ce
citas ſubtilitatis ſimulachro ſtultoꝝ
aures detinuiſſet retrogradus effice
rer Malo ſiquidē balbutiētis licet te
dioſo fructu deliniri. ꝗ̄ dulcore ſedu
centis cecitatis gloriari Fideliter āt
his ⁊ aliis ſecretis inſtructis duobꝫ
annis de viginti dēptis athenis ꝯua
lui Quicq̄d mali exꝑtus erā ad boni
faſtigia ſemꝑ anhelans. Non eſt aūt

¶ Notandum hic ꝙ ſcientia eſt arbor altiſſimā. cuius radix ama
riſſima. fructuſq; dul
ciſſimus. cuius amari
tudinem qui abhorret
dulcedinem non guſta
bit Jdō dr̄ in textu. Nō
eſt dignus dulcoris acu
mine qui amaritudinis
nequit īniſcari grauami
ne. Cui ꝯſonat illd̄ me
triſte. Dulcia non me
ruit qui non guſtauit a
mara. Et qui non ſtu
dēt ſunt illis gaudia ra
ra ¶ Scd̄o notan
du m. pudoriq; conſen
taneū eſt commiſſa ſtul
te delapidare vicio pro
digalitatis inſiſtendo.
Unde prodigalitas eſt
habitus inclinās ad ſu
perexcedendum ſeu ſuper
abundandum in latio
ribus expenſis ⁊ pecuni
arum ꝯſumptibus vel
in defectu exceptionis.
vt cuſtodes ⁊ tentiones
Vn̄ prodigalitas nōīm
liberalitati oppoīt̄ ſm
ſuꝑabundantiā. immo
etiā ⁊ ſm defectū. q: ſi
ſcut ē poſſibilitas exceſ
us datiōis et in ꝯſump
tibus pecuniarum. ita poteſt eſſe defectus in retentionibus ⁊ cuſtodia
earum. Uerum tm̄ prodigalitas magis reſpicit ſuperabundantiā in do
nando ꝗ̄ defectum in retinendo. Recte ſicut liberalitas principalis et
magis reſpicit dationē pecuniarum ꝗ̄ defectum retentionis earum Et
ſm Euſtatiū triplex eſt modus ꝓ digorum. quidā eſt prodigus qui de
bite accipit ⁊ recipit. indebite tamen ⁊ abūdanter ꝯſumit. Alius eſt pro

digus qui non dat niſi quod oportet. ita q nō deficit niſi in retentioib9 Et quilibet iſtorū poteſt dici ſimul prodigus. Sed alius eſt modus ꝓdigorum qui ꝓpter aliud honorabile vel etiam delectabile, ꝓſequendum ſua bona ꝯſumit Et talis ꝓdigus dr in textu

¶ Notandum inſup q ꝓdigalitas eſt viciū ⁊ malicia. qꝛ eſt habitus inclinans ad exceſſum ⁊ ſuperabundantiam in ſumptibus pecuniarū In hāc em̄ acceptionem ꝓdigalitatis ꝯſentiūt cōiter morales vñ qꝛ ipſa ad vicia diſponit vicium ⁊ malicia dici poteſt

¶ Oſtenſa ſuperius ſagaci prouiſiōe ſcholariū. oſtendit Boeti9 impedimenta que talem ꝓuiſiōnez impediunt Et cū hoc dat remedia contra hmōi impedimēta Et diuidit pñs pars in tres. Nam primo facit hoc ſecundo enumerat illa ipedimēta ibi. Cū ſcholaris egeſtas. ⁊ tercio dat cautelas ꝯtra talia ipedimenta. ibi Parentū deteſtabilis. Primo dicit ſic. Ne ſimplicitas p̄ſent; libri obſit facultati paupertatis ⁊ ne ſua cōfundat deſperatio ⁊ ne ſolacij ꝑuatō affligat dignū duximus examini ꝯmittēduz qd nature cūctoꝝ cōmune ſequit Tunc ibi Cū ſcholaris egeſtas ⁊c̄.

¶ Hic enumerat impedimenta ⁊ poteſt preſens ps diuidi in tot ptes quod ponit impedimentā. partes patebūt. Dicit igit̃ p̄mo ſic Cum pauptas ſcholariū multis ꝑueniat modis. aliqñ ꝓpter parētū tenacitatem. aliqñ ex pauptate. aliqñ ex eoꝝ morte. aliqñ ꝓpter eoꝝ abſentiā. aliqñ ꝓpter vitrici ⁊ nouerce inſtantiā. qñq ex militari incuria nubilitate fratris primogeniti. qñq ex inſtantia ſororis deſponſande. qñq ex ſini

dignus dulcoris acumine qui amaritudinis nequit inuiſcari grauamine. Herodiani ariſtotelis q diſcipline ſp adherens. aliorum q ſcintillulas diligenter menti commendaui

Ne paupertatis facultate p̄ſentis operis deroget ſimplicitas. confundat deſperatio. affligat deſolatio. Quid cunctorum nature cōmune dignū duximus examini committendū Cum ſcholaris egeſtas diuerſo procedat intuitu. Tum propter affinium tenacitatem. Tum propter eorum inundantis procelle penuriam. Tum propter eorum mortem vel preſentie carentiaz. Tum propter alterius vitrici vel nouerce iuuaminis obſtantiam. Tum propter primogeniti fratris militie incuriam. Tum propter germane nubilitantis inſtantiam. Tū propter familiaris verſutiam ad

ſtra informatione familie. preterea dignumduximus dare ꝯſiliū ꝛ remedium contra talem paupertatem Tunc ibi Parentum deteſtabilis ¶ Hic ponit remedia contra predicta impedimenta. Et poteſt preſens pars diuidi in totpartes quot ponit remedia. ptes patebūt pmo dicit ſic Si parentes fuerit nimis tenaces tunc filius inſiſtat tedioſis allocationibus Si aūt hoc non ſufficiat tunc fletibus tempeſtiuis aut falſis p/miſſioib⁹ vt acceptabilibus munuſcul' debet eos delinire Si aūt iſta tenacitas adhuc nimis fuerit ſolidata aliorū debet precibus deliniri Tunc ibi. Inundantis ¶ Hic ponit remediū cōtra paupꝫtatem que puenit ex penuria parentum. Et diuiditur hec pars in tres. primo eīn facit hoc. ſcdo remouet dubiū. tcio adducit ſcientiam ptes patebūt ꝛ legantur partes ſimul Dicit ſic. Si parentes nimis fuerint depaupati. tunc ſcholarꝫ propōvtetur labore ſcribēdo. laborando. domos mūdando. mendicando. ad tempus ſeruiendo Sed iſte modus ſcribendi nō fiat nimis dlicioſe ne lucrum ſyrenoſuꝫ eneruet ꝛ ſic ſcribens nō debet eſſe prodigus. quia ſcriptores raro inueniūtur fideles ita ꝙ nō ſit etiā adulator ſic ꝙ debet per ſcripturā dilapidare acquiſita. Subdit exem/plum ꝗ declarat ꝙ nimia ſcriptorū adulatio ſocios defraudat. dicēs ſic Nequit glebiomis multa mihi intulit inco[illegible]a ꝓtutis decremēta ſub herodiano dū ſtuderā. qm̄ deficiētꝫ auxilio paterno conabar ego. Boeti⁹ mitigare pau/

uſtioni s generali ſcemate peruſi dig/nūduximus ꝯſulendum Parentū deteſtabilis ꝛ adunca tenacitas precuꝫ inſtantia ꝓmollitur. tedioſiſqꝫ affati/bus plerumqꝫ diſſoluitur. fletibus tēpeſtiuis delinitur. promiſſis fallacib⁹ excecatur Munuſculis affectuoſis diſſoluitur adulatione ſi tempeſtiua fuerit perforatur ſi nimis ſolidatur adamantina licet tenacitas fuerit exem/plari cum monitu diſcutitur. Aliorū qꝫ rogatibus excitatur. Inundantis procelle penuriam per laboris incre/menta proprij obtemperandum eſt. Scriptitando trituras colendo. are/as mundando. ad tempus ſeruiendo Si ingenioſo ſcribendi facultas per lucrum coegerit voluptarium neceſſitatis ſtimulum inbibere. Cauenduꝫ eſt autem ne delicious mentem exer/ceat appetitus lucrum eneruet ſyrenoſum communiter ſcribentium prodi/ga raroqꝫ fidelis defraudet adulatiōe

pertatē. Tutius em̄ noui onus ſubire paupertatis q̄ꝫ repatriando lon
gi itineris arripe labores Tumqꝫ glebionis nequicia magis parentib⁹
meis intimauit me peſtiferis ſcriptorum ſedibus inbui. lucroqꝫ ſeducē
ti diurnus gloriari Cū igitur parētis intentio ad malum pronior ſit q̄ꝫ
ad bonū paterno priuabar ſubſidio conſueto Donec exitus acta pro
baſſet Nec etiā ceſſauit
amentia Nec in vllo ꝓ
fecit precū inſtātia. im
mo traditoris nequicia
vſqꝫ poſt biennīū dura
uit. nō tn̄ remāſit inul
ta Tūc ibi Obſequio
interea Hic remouet
dubiū dicens ſic. ſi pau
ꝑ ſcholaris nequeat ſi
bi obtinere fauorē pa
rentum per verba ioco
ſa. poteſt q̄nqꝫ ꝑ verba
minoratoria ſuam deli
nire pauꝑtatē vt fertio
cunda poculi trāſactio
Tūc ibi. Germanici
¶ Subdit remediū cō
tra pauꝑtatē q̄ ꝓuenit
ex parte fratris militā
tis incuria di. ſic Fr̄is
militātis incuria delini
etur bono mediante ſer
mone vł corrigat̄ ꝑami
coꝝ ſuoꝝ ammōitionē
Tunc ibi. Germanice
nubilibus ¶ Hic do
cet remediū cōtra pau
pertatem ex parte ſoro
ris nubilis dicens ſic.
Succurrendum eſt ſo
rori dummodo apta eſt
ad deſponſandū ne ei⁹
virginitas polluat̄ in
digno pollice. Subdit
faciendo exclamationē
O q̄ꝫ ſororis profeſſio
eſt laudanda. pudoriſ
qꝫ ei⁹ cōtrarij ꝯmiſſio
dolenda. ymmo velut

familiaris ſiniſtraqꝫ viſu vel auditu
ebibebat quicquid ſcribentis dextera
ꝑmolitur. Glebionis nequicia nō ob
ſtante parētele gratia O quantū diſcē
di incōmodum vrituiſqꝫ detrimentū
mihi ꝯtulit ſub herodiano militanti.
deficiēteqꝫ plexqꝫ paterni cēſus cingu
lo more p̄taxato: merorem pauꝑtatis
cautius duxi mitigandū Aliquid im
primendo tutius ē degere q̄ꝫ longi la
bori s itinera repatriādo inuitus arri
pere affinib⁹ intimauit nequitia glebi
onis me peſtiferis ſcriptorum ſedib⁹
imbui. lucroqꝫ ſeducenti diurnus glo
riari. Ad malū quippe plerumqꝫ pa
rentum intentio ꝓnior igne intrinſeco
euaporauit. ſolitoqꝫ ꝓuauit ſubſidio
priuſq̄ꝫ exitus acta ꝓbaſſet nō decli
nauit amētia p̄cū aūt in nullo ꝓfecit
inſtātia. Poſt bimatū delatoris noto
ria traditio remāſit. ſed non inulta re
ceſſit Obſeq̄o interea ſi nequit ꝯſola
ri facultas nimis derogetur tractuqꝫ
tempeſtino cōminat̄ tenacitas. vt io
coſa proculi tranſactio. Germanici fe

Pulpe amputatio pudore plena totam deturpat faciem. Declarat hoc
exemplariter de quodam dicto ſymachus. qui fuit filius ſecundus the
ophraſti. qui ſue ſub/
uenit ſorori quod ſub
ſilentio non eſt obmit
tendum qui quidem ſy
machus parentibus ſu
is mortuis dedit ſoro/
ri ſue omnem ſubſtan/
tiam hereditariaꝫ cau
ſa repellendi inconſtan
tiam eminentis infa/
mie eiuſdem. ſeqꝫ com/
mendauit fortune mea
tibus. Poſtq̄ autem
ſoror ſua Elyzia per
naufragium ſuo priua
batur marito reddidit
fratri ſuo parem viceꝫ
Deditqꝫ ſibi bona plĩ
ma in multis ſibi ob/
ſequendo immo dum
in poſt incidebat in ſy/
macho fratre ſuo ĩ pau
pertatem propria defi
ciente facultate carnis
illecebris ſecrete floreꝫ
exponebat. Valuit e
nim vicio incurie clam
ſuccumbere ꝙ ſe viua
fraterne conſtantie fe/
dus diſrumpere. Nec
ab inceptis retrogra/
da permanſit. donec in
choata fine terminaue
rat idoneo. Tunc
ibi. Tena citas
¶ Hic oſtendit docu/
mentum contra egeſta/
teꝫ que prouenit ex conceſſa pecunia. et primo facit hoc. ſecundo decla/
rat per exemplum ibi. Quid de caluo milite. dicens ſic ¶ Sub
ueniendum eſt, domeſtice dilectioni documento ſapienti. ne dili/
gentia conceſſe pecunie iram generet. et ne poſtea alterius conflic/
tus caſum conferat. Et quicquid fiat ſub his caute conferendum eſt

ſtinantis in curia exemplari debrie/
tur eulogio ipſiuſqꝫ propinquitatis
ammonitu corrigatur verſutia vel re/
primatur amentie. Germanice nu/
bilibus annis affini quãtotius ob/
temperandum eſt. ne per incurie vici/
um roſa premula pollice carpatur in
digno. O ꝙ ſororis commendanda ē
pudoris profeſſio. dolendaqꝫ contra
rij commiſſio. velut vultum deturpã
tis pudore plena pulpe refectio. Ob
temperande germanitatis inſignia ſe
cundi theofraſti ſymachum filium
ycomicum non ſub ſilentio obmitten
dum eſt. Qui vtroqꝫ parentum vni/
uerſe carnis viam ingreſſo imminen/
tis infamie germane conſtantiam do
tis beneficio maritauit. Seqꝫ meati
bus fortune obnixe commendauit.
Elyzie marito naufragio ſurrepto ſy
machum fratrem ſuum ſoror inſequi
tur. elyzia in multis ſeruiendo ſimu/
lachra cuncta meritorum ſymacho
miſtrabat. nã ꝓprie carnis illecebris
cũ deeſſet facultas florẽ ſecretius ex/

ne modica rerū tenacitas vultū poſt obſtipet rubore. Declarat ꝑ ſimile. Nā magna dinoſcunt̄ edificia ex ſcintillule vnius leſione ſuſtiere ruinā

Tunc ibi. Quid de caluo milite Subdit declarando per exēplum quomodo cōtingebat cuidam qui alteri conceſſit pecuniam dicēs Quid calua frōs ſenſerit in viro lumine ſapientie coronato cognoſcitur ꝑ ſequentia. Ipſe em̄ faciendo aditum ſue malicie ſumpſit ſecum amphorā pecunia plenā quā ſub veſte ſecū portabat. Eāq; fidelitati ſui ſui cōmiſerat. ipo āt animo mutante dictā amphoram ab eo cui ipām cōmiſit poſtulabat. Cocus ꝓo ſiue ſeruus cui fuerat cōmiſſa indigne hoc ſuſtinens percutiebat caput dn̄i ſui cum amphora adeo ꝙ ipm leſerat ꝙ nullo mō potuit ſanari. poſtea ꝓo cū idē dn̄s hedera debebat coronari inueniebat̄ in capite ſuo leſura ꝑ amphorā ſibi fcā Unde tunc ſibi totiq; ꝓgeniei eius confuſio generabatur

ponebat. Maluit enim incurie vicio clam elyzia ſuccumbere ꝙ fraterne fedus conſtantie ſe viua derūpere. nec ab inceptis retrograda permanſit q̊uſq; incboata fine termiauit idoneo.

Tenacitatis induſtrie rudimento aduſtioni domeſtice ſuccurrendū eſt ne mutuate pecunie diligentia bilem infundat. Alterius vero rei conflictus caſum conferat. quicquid ſub his fiat caute conferendum eſt. ne puſilla rerum tenacitas vultū ruboris in poſterum obſtipet. Tabulata plerumq; fortia vnius ſintillule leſione ruere dinoſcuntur Quid de caluo milite luce ſapientie predito ſenſerit caluities cognoſcitur. qui primeuo militie flore tranſitum faciendo amphoram quandam ſub birre latentem ſecū detulit. mancipijq; gratie commendauit ſtatuq; leui permutato alterius vicem elegit cohortis. Olla quoq; fictili cocum conuenit rixe rancoriſq; freno diſſoluto indigne cocus rancorem proferēs caluiciei fictile incuſſit que licet poſtmodū hedera decorat nullius de cetero ſucci cōnexio in pri

Tunc ibi. Sit igit̄ Hic Boetius conſolat̄ pauꝑtatem dicens ſic. pauꝑtas erit tuta modicis ꝯtēta ſuſtinēs audacter imputatōes. Affectās ſꝑ ad altiora Obediens omnibus. tarda ad obloquendum ꝓmpta ad famulandū fidelis in ſeruitio. fauorabil' in ꝓbis: cordis tumoſitate. O ꝯpoſitū eniʒ eius ſcʒ ſuꝑbia in ea vituꝑatur. Subdit cautelā circa prius dcā. quia

# Diſcipliā ſchola

dixit prius q̄ pauꝑtas erit prompta in famulatu. ergo ſubdit hic cau/telam dicēs. licet a multis retributio laboris deſtituatur. ab aliquo tm̄ vtiq; fauoris adeptio impetrabitur Unde ſepe vnico die acq̄ritur. qđ anni totius ꝑcurſu ꝑduci nequiuit. Et hoc adulatoris officio cōſortio q; detractoris pro loco ꝛ tempore exterminatis

**ſtinum potuit reuocare leſionem ex incuſſa fictilis ſibi ſtirpiq; probra cō trahendo Sit igitur tuta pauper tatis facultas munda paruoq; contē ta incurſus viriliter perferēs ad ſum ma ſemper anhelans: omnibus obe diens ꝛ prompta famulatu. ad obſe quendum tarda. fidelis obſequio in tegra dulciſq; in colloquio. cordis tu moſitate carens quoniam eius oppo ſitum cum ea morari ſemper appꝛecia tur Licet em̄ a multis deſtituatur la**

¶ Unde notandum circa textum expeditum. q̄ adunca tenaci/tas ſeu illiberalitas ſummopere ē vitanda Qm̄ ſicut in diuitijs et pecunijs q̄tū ad ex/poſitōem datōem ꝛ cō ſumptōem cōtingit de ficere. Sic etiam quā/tū ad retentōem accep tionē ꝛ earum cuſtodi am contingit excedere Habitus vero ad hoc inclinans dicitur illibe ralitas. ꝛ huiuſmodi habitus eſt vicioſus. Quadruplex em̄ aſſig nari poteſt modus cir/ca iſtam materiā. Pri mo contingit errare in dando minus q̄ o/portet. ꝛ indeficiendo in donationibus Ex quo defectu ſequitur deſtru ctio amicicie. tales em̄ illiberales a cunctis odiuntur. liberales vero ꝑ contrarium maxime amantur. Ideo dicit Boetius. q̄ liberalitas red/dit homines maxime honoratos. Patet ergo q̄ maximus defectus et vicioſus eſt in donationibus ꝑ quas amicicia corrūpitur. Secūdo il/liberalitas quodammō videtur eſſe deformis nature. ꝛ eius documētis cōtrariari. Nam in aīalis nutritōe cū natura habeat ſufficientiam ali mēti ꝓ ſuīpius cōſeruatōe ipā ordīat ſuꝑfluū ad gñatōem ſibi ſimilis Illiberalis vero ꝑ contrariū facit. q2 ſuꝑflua que nō ſunt neceſſaria ꝓ ſui conſeruatione retinet ꝛ cuſtodit indigenti nō communicando. Idō illiberalitas nō inſeq̄tur regulas ꝛ documēta nature. ꝑterea ꝑ defectū in donatione efficitur homo inciuilis ꝛ incommunicatiuus. Hoc aūt ē cōtra naturā eius. q2 hō naturaliter ē aīal politicū ꝛ ciuile ſicut habet primo politice. Inciuilis aūt ſm materiā ꝛ formā. aut prauus eſt. aut melior hoīe. Pz q2 ad ciuiliter cōmunicandum oportet habere aliquā cōgruentiā beniuolentiā ꝛ amiciciā ad ipos ciues vl̄ alios. Iſta āt nō pñt cōtinuari vl̄ cōſeruari niſi ꝑ aliqualē bonoꝝ ſuoꝝ largitōez ꝛ cōica tionē. Errat etiā in defectu expenſaꝝ. ꝛ expoſitōe circa ſuā ꝓpriā ſuſte tationē. Nam hō naturaliter tenet ad ſuīpius dilectionē decentem ꝛ cō uerſatōem honeſtā Sz aliq̄ liberales deficiūt in expēſis circa ſeipos nō.

audentes ſibi de ꝓpriis pecuniis neceſſaria ꝓcurare. vel ſm neceſſitatē nature. vel ſm decentiā ſtatus. Et in iſto videt maximus defectus ⁊ error. Eſt etiam error in defectu expoſitōis in hoc ꝙ hō fruſtrat ꝓprio fine quē deſiderat ⁊ intendit. ⁊ ita ſeipm decipit. Nā ꝑ hmōi retentōnem ſeu tenacitatē maxime ⁊ ferueter hō deſiderat ditari. Sꝫ ꝑ talē defectū efficit paupꝫ. Nā diues eſt ille ꝗ ſupꝫ pecunias dominat. ⁊ eis vtitur ad

boris retributio tamē ab aliquo promerebitur fauoris adeptio. Unde e merito plerumqꝫ temporis elapſa contingit quod animo nequiuit produci curriculo adulationis officio

finem in quē ſunt ordinate. Nā eſſe diuitem magis ꝯſiſtit in vti ꝗꝫ in poſſeſſione. vt dicit Ariſtoteles ⁊ Seneca. Nō ꝗ paꝝ hꝫ ſꝫ ꝗ plura cupit paupꝫ eſt Sed homines in expēſis deficiētes pecuniis ſubiciunt. nec habent diuitias. ſꝫ magis diuitie hñt eos. qꝛ habere vno mō dr qđ eſt ducere alteꝝ ſm ſuū impetū ⁊ naturā. ſicut febris febricitātē Sic ⁊ diuitie ducūt illiberalē ſm ꝓpriū impetū. Ideo illiberalis ē ſeruilis cōditōis. ⁊ etiā inuirilis. Nō qꝛ virilis hō dꝫ ſupꝫ oīa bona dñare que ſunt ordinata ad ſibi ſubſeruiendum. Sed ꝑ illiberalitatē hō ſe ipm ſubiicit pecuniis. ideo tenax ⁊ illiberalis eſt viliſſime cōditōis Error etiam contingit in exceſſu acceptōis ⁊ acqſitōis ſciaꝝ. Sūt em̄ aliqui ita acceptiui ꝙ nō curāt vndecūqꝫ venirent diuitie. Sumerent em̄ a paupibꝫ ⁊ indigētibꝫ quibꝫ deberēt de ꝓpriis ſubuenire. Immo aliꝗ ſt ita acceptiui ꝙ viliſſimis officiis ꝓ pecuniaꝝ acqſitōe ſe exponūt. ſicut tortores ⁊ latrinaꝝ mūdatores. Immo aliꝗ ſunt ita acceptiui vt etiā cōtra iuſticiā aliena bona rapiūt ⁊ ſubripiūt etiā mō quocūqꝫ Cuiuſmodi ſunt raptores homicide fures ſymoniaci. ⁊cis. Error etiā cōtingit in nimis cuſtodiēdo. qꝛ ꝑ hoc ꝓprio fine pecunie ꝓuātur. ſ. vſu ſuo Preterea cuſtodia pecuniaꝝ eſt multipliciter ꝑiculoſa ꝓpt fures. ꝓpter tyrannos. ꝓpter reges temporales. ꝗ ſepe manus apponūt. Ideo dr primo ethicoꝝ ꝙ pecunie cum labore acquiruntur ⁊ cū metu cuſtodiūtur. Illiberales vero etiam ꝓpter illiberalitatē tendunt ad impoſſibile. ſcꝫ ad ſatiandū appetitū diuitiarum qui inſatiabilis eſt Sicut patet per doctrinam Salomonis dicentis. Diuitiarum appetitus nullo eſt termino prefinitus. ſed creſcit in infinitum. Et qꝛ illiberalitas eſt vt adamantina tenacitas adeo eſt deteſtabilis ⁊ nociua. ideo ſummopere eſt vitanda Secundo notandum ꝙ idēptificando tenacitatem cum illiberalitate queri poſſit an illiberalitas etiam auaricie poſſet idemptificari. Ad quod dicendum cum ſancto Thoma. ꝙ auaricia dupľr conſiderari poteſt. Uno modo vt eſt habitus inclinans animam ⁊ affectuꝫ ad multas diuitias poſſidendas. Voluit tamen aliqui de alieno ſurripere vel detinere. Licet etiam non velint aliquid dare. nec etiam audeant circa ſe aliquid expendere. Et ſic illo modo auaricia eſt eadem

 

cum illiberalitate. et ſic auaricia non eſt peccatū mortale. Secūdo modo poteſt capi auaricia pro habitu inclinante animū et effectū homis ad abundantiā vtiliū et bonorum exteriorum non curando vndecūque habeat immo volendo aliena rapere vel detinere. Cuiuſmodi eſt vſurarius et ſymoniacus. Et hoc modo auaricia opponitur iuſticie. et eſt peccatum mortale. Et licet ipſa hoc modo preſupponat et comitetur illiberalitatē nō tamē adeq̄te contrariatur illiberalitati que etiam verſatur circa bona aliena. Iſto ergo modo nō eſt eadem cum illiberalitate. Vñ in

**delatoriſque conſortio pro loco negocio/ que temporis extremitatis**

textu ponitur nubo quod olim erat actiuū. Unde in euangelio. Neque nubent neque nubentur. Mathei. xx. ſed mō eſt neutrapaſſiuū proprie pertinens ad mulieres. Inde nubilis. Stema tis dr nobilitas honor dignitas corona ornamentū ordo imaginū nobiliū. Uncus a um. dr curuus ab vnco cas care. Sed hic vncus ci. eſt inſtrumentū curuū ad aliqd rapiendū aptū. Tritura a tero dicitur meſſis. Unde triturare grana de palea conterendo ſegregare. Syren id ē tractus. a quo ſyren qddā monſtrū marinū. quod ſui cantus dulcedine nautas ad ſe trahit et ſubmergi facit. Iñ ſyrenoſus id ē plenus attractu et periculo Saucio as are dicitur vulnerare percutere. Inde dicitur ſaucius a um per ſyncopam id eſt ſauciatus vel etate conſumptus. Bimatus us ui. id eſt duorum annorum ſpaciū. Bimo as are dr duplicare. Bimus a um id eſt duorum annorum Hederare poteſt deriuari ab hereo es ere. quia arboribus adheret. et ſic dz aſpirari. Vel dr ab hedus di. quia hedera propter lactis abūdantiā in eſcam a veteribus prebebatur Eulogium ab eu qd eſt bonū. et logos ſermo dr

His viſis conſequēter de tenacitate ſeu illiberalitate per comparatōem ad prodigalitatem conſiderandū eſt. quod illiberalitas ſimplex ē peior prodigalitate. quia prodigalitas tribus modis faciliter curabilis et ſanabilis eſt magis ipſa illiberalitate. Primus ſumitur ex parte egeſtatis. quia difficile eſt ex nulla parte recipientem. et ſuperabūdanter expendentem ſuam temporalem ſubſtantiam ditari vel diuitem remanere. Statim enim ſubſtantia temporalis ipm derelinquit. et ſic inſtigabitur aut inſtigabatur a natura ad magis et magis retinendū. eo quod ipm de aliquo viuere oportet. Et vrgens neceſſitas ipm punget et commouebit ad deſiſtendū a ſuperfluis donationibus. et etiā ad aliqd detinendū et pro ſe retinendū Preterea cū ipſe totū dederat non habebit qd dare vel expēdere. ideo ceſſabit a tali datione. ſed cōtrariū eſt de illiberali. Illiberalem vero impoſſibile eſt quodammodo depauperari. cū continue accipiat et cuſtodiat Ideo ab egeſtate illiberalis nullo mō eſt curabilis. Patet etiā hoc ſcdo ex parte ſenectutis. quia etas ſenectutis eſt pluribus icōmodis ſubiecta Ideo natura pungit et inducit hominem ad ſibi prouidendum ne ſubſtantia temporalis ſibi deficiat. quia videt ſe impotentem. Hinc eſt quod de

quanto plus ſeneſcit de tanto plus cupit ⁊ inclinatur ad deſiſtendum
a ſuperfluis dationibus. Jdeo illiberalitas augetur per iſta motiua.
Prodigalitas vero de facili curatur. Cōmuniter eī̄ dicitur ꝙ alijs vi
cijs ſeneſcentibus ſola auaricia iuueneſcit. Tercio modo hoc idem pa/
tet ex parte dictaminis rationis Nam prodigus directe appetit hone/
ſtum. ſaltem verum vel apparens. Sed appetitus illiberalis magis tē
dit ad bonū vtile. modo facilius ſanat̄ appetitus tendēs ad honeſtateꝫ
inordinate q̄ tendens ad vtile. Quia appetitus vtilis non eſt termina/
tus. ſed creſcit in habitum. Patet hoc idem ſecundo principaliter. quo
niam illud vicium eſt peius quod habet ortū ex affectu vtilis q̄ quod
procedit ex affectu honeſtatis. Sed prodigalitas oritur ex affectu ho/
neſtatis. Jlliberalitas vero ex affectu vtilis. ergo illiberalitas ē peior
prodigalitate Alio modo patet qꝛ vicium peius eſt quod oritur ex ma
iori nociuo. Sed honeſtum eſt magis appetibile ⁊ facilius allicit q̄ v
tile qd̄ non habet rationem appetibilis ſm ſe. Honeſtum vero ſua vi
nos trahit. ⁊ ſua dignitate nos allicit. vt vult Tullius. Preterea vici/
um illud peius eſt quod magis contrariat̄ medio ꝟtutis. ſed illiberali
tas magis contrariat̄ benignitati ⁊ liberalitati q̄ prodigalitas. quia
illiberalitas contrariatur libertati in ſimpliciter non dando. Sed ꝓ/
digalitas in non dando ſicut oportet. ergo ꝛc. Amplius illiberalitas ꝓ
ducit hominem ad peiorem vitā q̄ prodigalitas. ergo eſt peior ea. Te
net cōſequentia. qꝛ ex habitudine ad conſequētiam poſſumus arguere
alicuius actus maliciam. Antecedēs patet. quia illiberalitas ducit ad
omnes filias auaricie ⁊ iniuſticie. ſcilicet ad ſymoniam furtum ⁊ homi
cidium. condemnationem innocentum. Et partim ad idolatriam ⁊ ad
mechandum propter lucrum. Sicut ergo illiberalitas eſt peior prodi
galitate. ſic etiam actus illiberalitatis eſt peior actu prodigalitatis.
Nam dare cui non oportet eſt minus malum vel melior operatio q̄ n̄
dare quibus oportet. Probat hoc Gerardus odonis primo quia nō da
re quibus oportet oritur ex appetitu inordinato pecunie ſeu boni vtil̄.
quo aliquis appetit pecuniam propter ſe non audendo eam dare vel ex
pendere. Jſte autem appetitus eſt inordinatiſſimus ⁊ contra naturam
vtilis. ⁊ vtile non debet appeti propter ſe ſed propter vſum. Sed dare
cui non oportet oritur ex appetitu honeſtatis ſaltem apparētis. Et iō
illa apparentia honeſtatis excuſat ⁊ minuit peccatum. licet non tota/
liter auferat. Preterea illiberalis peccat in bonos. qꝛ non dat bonis q̄/
bus dare oportet. Sed prodigus peccat in malos. dando ſcꝫ quibꝫ nō
oportet. modo primū eſt grauius q̄ ſecundum

Notandū vltimo ꝙ multis occaſionibꝫ quis moueri poteſt ad dan
dum. tenacitatē vel illiberalitatem extirpando. Primo propter datio/
nis honeſtatem. nam per dationem diuine honeſtatis ⁊ bonitatis noti
cia ineſt nobis. maxime per hoc ſcilicet quod deus dedit omnibus eſſe
et viuere. licet his clarius. illis vero obſcurius. vt habetur primo celi.
Nec diuine bonitati per dationem aliquid accreſcit Jdeo nō dat ꝓpter

incrementum bonitatis. ſed propter honeſtatem operis. Preterea dare videtur potiſſima operatio inter operationes nature. Sed natura nullum inutile opus operatur. quia dirigitur ab agente infallibili. ergo ⁊c. Maior patꝫ. quia generare ſibi ſimile et communicare ſe ē quodammodo dare. quod tamen eſt principaliſſima operatō nature. vt patet ſecundo de aīma per hoc eniꝫ generans maxime aſſimilatur p̄mo enti. Poteſt etiam q̇s occaſionari ad dādum propter aliquod delectabile acquirendū ſicut aliqui dant meretricibus. Uel propter complacentiam ⁊ delectationem in turpibus operibus in illis quibꝫ dant. Sicut quis dat hyſtrionibꝰ adulatoribꝰ cātoribꝫ ⁊ ſic de alijs Et finaliter ꝓpt quācūq̄ aliā voluptatē ⁊ ꝓpt honorē ꝓpt vanā glīaꝫ vł ꝓpt alteri nocere.

Um ad magiſtratus excellentiam bone indolis iuuenis velit accedere neceſſarium eſt. vt tria genera ſtatuuꝫ quos innuit Ariſtoteles in aſſignatione ꝓbabilitatis diligenter intelligat Sūt autem quidam vehementer obtuſi. Alij mediocriter. Tercij excellenter acuti. Nullū vero vehementer obtuſorum vidimus vnq̄ȝ philoſophico nectare inebriari. Iſtis vero ars mechanica gaudeat maritari. Mediocribus autem politica. Excellēter vero acutorum tres inuenimus ꝑtitōes Quorum primi excellēter acuti. Alij

N hāc partē oſtendit Boetius qualiter ſit procedendum ad apicem magiſterij. Et anteq̄ȝ oſtendit talem modum ponit quaſdam diuiſiones valentes ſibi ad propoſitum. Secundo exequitur de propoſito ſuo ibi. Iſtis ſiquidem. Prima in duas diuiditur. nā primo facit quod dictum eſt. ſecundo oſtendit qui ſunt ſcientijs applicandi. ibi. Nullum vero. Primo dicit ſic quando iuuenis bone inquiſitionis ⁊ conuenientis diſpoſitionis proponit acquirere apicem magiſterij. tūc neceſſariū ſibi eſt vt conſideret tria ſtatuum genera qui innuūtur ab Ariſtotele in aſſignatione probabilitatis Illa eñ debent principaliter conſiderari. Et ſubdit ponens diuiſionem. ꝙ quidam ſunt homines vehementer obtuſi. q̇dā mediocriter. ⁊ tercij excellēter acuti. Et tūc applicat illos ad ſcias ſpeales dicēs ſic. De numero vehemēter obtuſoꝝ nūq̄ȝ vidimꝰ aliquē īebriari nectare philoſophico Sꝫ iſtis gaudeat ars mechāica maritari Et mediocribꝫ politica ⁊c̄ ibi Quoꝝ p̄mi

Hic ponit ſubdiuiſionem vltimi membri. Et diuiditur hec pars in duas. Nam ꝑmo ponit talem diuiſionē. Secūdo remouet dubiuꝫ. ibi Mediocribꝰ aūt. Adhuc prima in duas. nam primo facit quod dictū eſt. ſecundo oſtendit quibus ſcientijs ſunt applicandi. ibi. Paulo poſt. Excellenter acutorū. dicens ſic. De numero excellenter acutorum triplex inuenitur gradus. q̄dam em̄ dicuntur excellēter acuti· q̄dā mediocres ⁊ alij excellentiſſime acuti Tūc ſubdit quibꝰ ſcientijs iſti ſunt applicādi dicēs. ꝙ excellēter acutis arridet yconomica mediocribꝰ cōuenit phiſica ⁊ ꝓ̄ctica apothecarioꝝ. Et excellētiſſime acutis ꝯuenit ipſa philoſophia q̄ facit noticiā vniuerſalium ⁊ cognitōem ſingulariū. Iſta enim eſt domina triuialiū. ⁊ potentia quadruuialiuꝫ Subdēdo dicit q̄ꝫ felix eſt exhibitio illius Et tunc vltimo remouet dubiuꝫ Poſſet em̄ aliquis q̄rere. Si mediocriter acuti acquirere poſſent ꝑfectionē in philoſophia. Et reſpōdet Boetius ꝙ ſic. ⁊ hoc conſumpto flore iuuentutis

mediocriter Tercij excellētiſſime acuti excellenter acutis arridet yconomica. Mediocribꝰ ſub lunari globo phiſica apothecariorūq; practica. Excellētiſſime acutis q̄s maxime notos ſm philoſophiam vocat Ariſtoteles vniuerſalium per experimenta ſingularium arridet cognitio. Hec triuialium domina: quadruuialium potentia. O q̄ꝫ felix eſt exhibitio Mediocritatis autem extrema partitio bonoſq; per

Notandū hic ꝙ ꝓbabile ſic definitur ſm Ariſtotelē primo thopicorum. Probabile eſt qđ videtur omnibꝰ aut pluribꝰ vel ſapientibꝰ. ⁊ his vel omnibꝰ ⁊c̄. Et tanguntur obtuſi per hoc qđ đr omnibus. nā quod omnibꝰ ptꝫ bñ capiūt rudes Mediocres tangūtur per hoc q̄d dicitur pluribus. Et maxime acuti per hoc tangunt qđ dicit ſapientibus Vel ſic definit ſm Boetiū in thopicis ſuis. Probabile eſt qđ videt omnibus vel pluribus vel maxīe notis. atq; p̄cipuis. vel vnicuiq; artifici ſm eius facultatem. vt medico de medicina. naute de nauibus

Item notandū ꝙ ſtatus hic appellatur gradus. habet aūt gradus fieri in certo ordine. Et ideo in ſtatibus quendā oportet ponere ordinem. Sunt enim quidam vehementer acuti ſm aptitudinem ingenij ⁊ ingenioſi. alij mediocres. ⁊ alij vehementer obtuſi. Acuties eſt diſpoſitio alicuius ad ꝓ̄tutem penetrandā. ⁊ eſt accōmodata ad intellectū vel ingeniū. Quantū em̄ ſufficit ad pñs talis eſt differētia inter ſenſum ⁊ intellectū. qꝛ ſenſus ſtat in ſupficie reꝝ ſenſibiliū ⁊ reflectitur. nec pōt ꝑtingere interiora reꝝ. Intellectus aūt nō ſic ſtat. ſed recognoſcit interiora. ⁊ nō ſolū exteriora ſeu ſupficialia. Propter hoc đr hr̄e ꝓ̄tutē pene

tratiuā qua occulta nature penetrat Unde actio acuti eſt penetrare Et
ꝙ excellēter ingenioſi ſufficiūt penetrare ea q̄ latitāt in ꝓfunditate re/
rum ex hoc dicuntur vehementer acuti. Qui aūt non poſſunt penetrare
naturas reꝝ ⁊ occulta indagare. ſʒ ſolummodo ſuꝑficialia ⁊ ſenſibilia
cognoſcere dicuntur vehementer obtuſi Mediocriter āt acuti dicuntur
qui in quibuſdam pn̄t penetrare rerū naturas ſpeculando In quibuſdā

**fectos ſibi comparauit quandoqꝫ li/
cet cū honore magiſtratus ⁊ ſudore
ditati ſunt flore ꝯſumpto iuuentutis**

ꝟo deficiūt ita ꝙ ad ſpe
culationē ꝑcipue entiū
diuinorum ꝑtingere nō
poſſunt Conſequēter
notandum ꝙ. Albert⁹
magnus capitulo vltio
primi libri de intellectu
⁊ intelligibili ſm facul/
tatem nature intellectu
alis que eſt in hominib⁹ quandā cauſat intellectus diuiſionē. de q̄ etiā
precipue Ariſtoteles ⁊ Auicenna ac eoꝝ ſequaces faciunt mentionem.
Sunt em̄ quidam intellectus plus continuo tempori ꝯiūcti. Et hi in
formis ymaginandis ⁊ ſenſui ſunt immixti Quidā vero ſunt plus ſepa
ti. ⁊ quidam medio modo ſe habent. Quidam etiam vires ymaginan/
di vel aliquid per ſenſus percipiendi non habent. Et primi quidem in/
tellectus ſunt obſcuri. nil acipientes niſi cū magno labore. Et oportet
vt doceātur per exempla ſenſibilia Et tales aut ſunt impoſſibiles aut
difficiles ad intellectum diuinorum ⁊ per ſe manifeſtorum. que in ꝑma
philoſophia tradunt Et vocātur mali ingenij a vulgo ſeu obtuſi. Se/
cundi aūt aut per ſe aut ex qua doctrina nati ſunt intelligere aut omnia
qui intellectum agentem non habent quaſi efficientem per abſtractionē
intellectiuam ſed habent eum quaſi pro forma per quā animus intelli
gibilis cuncta operatur Et hic vocatur ab Auicenna intellect⁹ ſanct⁹
ſiue mundus Ab Ariſtotele aūt diuinus intellectus appellatur hic em̄
leui ſtudio ad prophetias accipit illuminationē. ⁊ ad ſupernorum ve/
ram interpretationē. Medius aūt intellectus eſt qui faciliter iuuatur
ſtudio ⁊ doctrina ad intelligendū tam prophetica q̄ꝫ diuina. Sed ter/
cius iuuari non poteſt aliqua ratiōe. eo ꝙ neqꝫ ſeparatus eſt. neqꝫ habꝫ
inſtrumenta quibus iuuetur operibus anime ſenſibilis Et hoc aliquan
do contingit ex vicio complexionis. aliquando ex conſuetudine non ex/
tollendo ſe vltra ſenſibilium acceptionē

¶ Notandum conſequēter ꝙ moralis ſcientia aut eſt de bono ho/
minis ſm ſe. aut eſt bono eius reſpectu multitudinis. Si primū. ſic eſt
monaſtica. que eſt pars ſcientie moralis tractās de modo viuendi vni/
us ſm ſe. Et dicitur a monos quod eſt vnum ⁊ ycos cuſtodia vel ſcien/
tia. quaſi ſcientia tractans de cuſtodia vel regimini vnius pro ſe Per an
thonomoſiam. i. excellentiam monaſtica dicta eſt ethica. Ethicus em̄
idem eſt quod moralis. ⁊ ethica idem eſt quod moralitas. Si eſt de bo

no hominis reſpectu multitudinis.hoc.ē duplicit.vel eſt reſpectu mul/
titudinis domeſtice.⁊ ſic eſt yconomica Unde yconomus vel econom⁹
penultima correpta dicitur tam pecuniarū ꝙ̄ frugum ⁊ generaliter om
nium que poſſidētur diſpenſator Inde dicitur yconomica Dicitur autē
yconomica ſm quoſdā ab ycos quod eſt cuſtos vel ſcientia ⁊ onos fa/
milia.quaſi ſcientia tractās de regimine familie Eſt em̄ yconomica diſ
penſatiua de familia.⁊ de his que ad domum ꝑtinent Si vero eſt de bo
no hominis reſpectu multitudinis ciuilis.ſic eſt politica Dicitur āt po
litica a polis quod eſt ciuitas.vel a polis quod eſt pluralitas.⁊ ycos cu
ſtodia vel ſcientia quaſi ſcientia tractans de regimine vel cuſtodia ciui
tatum ⁊ regionū Eſt aūt differentia vt polis vrbs ⁊ pluralitas dicitur
vnde Urbs eſt dicta polis.dico ad plurima polis. Quo ad ipſam yco/
nomicam ⁊ politicam ¶ Hic eſt ſciendum ꝙ naturale eſt homini viue
re in ſocietate.q̄ homo naturaliter eſt animal politicū ⁊ ciuile Primū
patet quadruplici via.prima ſumitur ex victu quo homo indiget.ſecū/
da ex veſtitu quo tegitur.tercia ex remotione ꝓhibentium.per quā ab
hoſtib⁹ liberatur.quarta ex diſciplina ⁊ ſermone per quem inſtruit.Cū
em̄ viuere homini ſit naturale.omnia illa que faciunt bene viuere.⁊ ſine
quibus non poteſt ſibi in vita ſufficere.ſunt homini naturalia. Inter
omnia aūt que faciunt ad ſufficientiam vite humane eſt ſocietas Natu
raliter ergo homo eſt animal ſociale Patet hoc primo ex victu quo ho/
mo indiget Homo enim inter cetera animalia meliorem habet tactum
⁊ ꝯplexionem.ideo inter omnia animalia indiget cibo diligentius ⁊ ar
tificialius preparato Natura em̄ alijs animalibus quaſi ſufficienter nu
trimentum amminiſtrat Uerbi gratia.animalibus non ex rapia viuē
tibus.cuiuſmodi ſunt oues boues ⁊c̄.amminiſtrat herbas.quibus abſ
q̄ alia preparatione ſufficiunt ad nutrimentū Animalibus vero ex ra
pina viuentibus vt lupis leonib⁹ ⁊ ceteris talib⁹ ex alijs beſtijs ſuffici
enter alimentū amminiſtrat Natura igitur in omnibus alijs animali
bus ſufficienter nutrimentum amminiſtrat.q̄ nō habent complexionē
ita puram ⁊ ad medium reductā ſicut homo.ideo non indigent cibo ita
depurato ſicut homo Alijs ergo animalibus ſufficienter cibaria prout
ſunt a natura preparata abſq̄ artificio ſa coctione ⁊ preparatiōe ammi
niſtrantur Et q̄ homo ꝯplexionem habet puriorem.indiget alimento
preparato ſeu depurato. Unde frumentum quod a natura producitur
⁊ ſi animalibus eſſet ſufficiens nutrimentum.homini tamen non ſuffi/
ceret in cibum niſi preparetur ⁊ depuretur. Ideo ex eo panis efficitur
⁊ coquitur vt congruus cibus efficiatur Ad hec autem vna ſola parua
non ſufficit ſocietas Ideo vt homo victus ratione ſibi ſufficiat in vita
indiget ſocietate.vt vnuſquiſq̄ ſuppleat defectum. Et ſicut dictū eſt de
frumento ſic de alijs cibarijs eſt intelligendum. Secunda via ad idem
ſumitur ex parte indumentorum.quibus homo tegitur Sicut enim na
tura alijs aīalibus prouidet in victu.ſic ⁊ in veſtitu. Beſtie em̄ ⁊ aues
naturaliter videntur habere induentum lanam videlicet ⁊ pennas.ho/
mini aūt natura non ſufficienter prouidet in veſtitu Ex quo em̄ homo

eſt nobilioris complexionis quam alia animalia a frigiditate et intemperie magis habet offendi quam alia Cum igitur nullus ſufficit ſibi ad victum et veſtitum congruum ſine alterius ſocietate. ſequitur quod homo naturalem impetum habet ad hoc quod ſit animal ſociale Tercia via ad idem ſumitur ex remotione prohibentium prout ab hoſtibus et inimicis defenduntur Natura enim aliquibus animalibus ad ſui tuitionem dedit cornua. vt bobus. quibuſdam dentes. vt lupis canibus. aliquibus vngues vt vrſis et leonibus. aliquibus corporis agilitatem. vt leporibus et huiuſmodi Sed natura non dedit homini tanquam excellentiori animali cornua vel vngues ad ſui tuitionem. Sed dedit ei manum que (ſecundum philoſophum inde moribus animalium) eſt organum organorum Nam per manum organa et quicquid facit ad defenſionem valemus fabricare. Ergo ſi naturale eſt homini deſiderare conſeruationem vite. cum homo ſolitarius non ſufficiet ſibi ad habendum victum et veſtitum ad fabricandum arma ſibi et organa per que a contrarijs defendatur Naturale eſt ei vt deſideret viuere in ſocietate Quarta via ſumitur ex diſciplina per quam inſtruimur. nam alia animalia ſufficienter inclinantur ad opera ſibi debita ex inſtinctu nature abſque inſtinctione precedente Sicut aranea debite telam facit ex inſtinctu nature. dato quod nunquam alias araneas vidiſſet texuiſſe Et ſic eſt de yrundine reſpectu nidificationis Non autem ſic eſt de homine. ille enim non ſufficienter eſt inſtructus a natura ad opera ſibi debita. ob id natura homini dedit loquelam ſiue ſermonem. vt per ſermonem homines ſeinuicem doceant. vt vnus ab alio diſciplinam recipiat Et quia hoc fieri non poteſt niſi cum alijs viuamus. ideo naturale eſt homini cum alijs viuere et eſſe animal ſociale Quod autem ſit animal ciuile et politicum. duplici via inueſtigari poteſt Prima ſumitur ex parte ſermonis et eſt iam tacta. Alia ad hoc idem ſumitur via ex parte impetus naturalis nam omnia animalia naturalem habent impetum ad ſeruandum ea que inſunt ſibi a natura. quare natura etiam dedit homini naturalem impetum ad ſeruandum ea per que poſſet ſibi in vita ſufficere Hoc autem contingit per communitatem ciuelem. eo quod ciuitas debet eſſe contentiua omnium que ad vitam ſufficiunt Licet autem homo eſt animal naturaliter ſociale et ciuile. eo quod quendam habet impetum et aptitudinem vt ciuiliter et ſocialiter viuat tamen philoſophus primo politicorum triplicem tangit cauſam cur quoſdam contingit non ciuiliter viuere. Prima eſt fortuna. ſecunda nimia prauitas tercia nimia bonitas Ex fortuna quidem. quia nimium ſunt pauperes. non potentes ciuiliter viuere. ſed coguntur ciuitatem exire et agros colere Secundum propter quod aliquis efficitur inciuilis nimia prauitas eſſe poteſt. eo quod praui appetitum habent corruptum. et voluntatem peruerſam. quare nequeunt ciuiliter viuere Et ſecundum legem ideo exeunt ciuitatem vel expelluntur. Tercio aliqui non ciuiliter viuunt propter nimiam bonitatem Uita enim ciuilis et coniugalis est bona et conueniens homini. vt homo Sunt autem quidam tante perfectionis vt eis non ſufficit viuere vt homo. ſed coniugium et ciuilitatem rennuentes. perfectiorem eligunt vitam Licet enim nubere et ciuiliter viuere bonum ſit. tamen non nubere et inciuiliter viuere cauſa liberius vacandi contemplationi melius eſt Sic ergo homo natu

raliter eſt animal ciuile ꝛ ſociale. non obſtante ꝙ contingit aliquos nõ ciuiliter viuere. Quod em̄ non ciuiliter viuit aliquis. aut ex paupertate vel fortuna ſibi hoc accidit. Quod niſi ſic fiat. vel eſt talis beſtia ꝛ ſceleratus ſine iugo nolens legem. nec potens ſocietatem ſuſtentare. Uel eſt quaſi deus id eſt diuinus vitam eligens altiorem. Propter quod primo politicorum ſcribitur. Nõ potens alijs communicari. nulla eſt pars ciuitatis. Sed vel eſt beſtia vel eſt deus. Inter homines aũt viris diuinis ingenio acutiſſimis cognitio ſingularium per experimentalez acceptionem vniuerſalium arridet. Et hic modus in ſyllogiſando contingit ibi em̄ vniuerſalia accipiuntur tanq̄ꝫ nota. Et procedit ad concludendum aliquod ignotum. vel etiam econuerſo cognitio vniuerſaliuꝫ arridet ꝑ experimentalem cognitionem particularium. Modus aũt iſte contingit ex premiſſis. Nam concluſiones notificãtur per premiſſas. premiſſe aũt per principia ꝛ maximas. principia aũt ꝛ maxime ꝑ ſe note accipiũtur per ſenſum. ꝛ per experimẽta ſenſibilia. Unde per exꝑimenta ammirationes ꝛ memoriã primo acceſſerunt homines ad indagandum phiſicaꝫ veritatem. Ideo dicit philoſophus ꝙ propter ammirari ceperunt philoſophantes philoſophari. hos acutiſſimos quibꝫ hec arridet cognitio vocat Ariſtoteles maxime notos ſm̄ philoſophiam. eo ꝙ maxime ſunt habiles ad acquirendam phiſicam cognitionem. mediocres tamen excellenter acuti ſtudere habent in phiſica. ꝛ ad altiores etiã pertingere pñt ſcientias. ſed ſcientie complementuꝫ non tam cito attingunt ſicut excellentiſſime acuti. ymmo oportet eos continuis laboribꝫ ſtudij inſudare. Et conſumpto tempore iuuentutis ad perfectionem illorum poſſunt ꝑtingere. Unde plato docuit ꝙ poſt quinquaginta annos virtutes ſenſitiue deficiunt. virtutes vero intellectuales vigorem ꝛ incrementum recipiunt. Unde Ariſtoteles primo de anima dicit. Si ſenex acciperet oculos iuuenis. videret vtiq̄ꝫ vt iuuenis. Anima igitur ſm̄ ſe non antiquatur vel ſeneſcit. aut in viribus naturalibus deficit. niſi pro quãto ex ineptitudine ꝛ imbecillitate organorum procedit. Accedente autem ſenectute virtutes intellectuales depurantur ꝛ illuſtrantur. Huius exemplum ponit Algazel dicens. Dum ſapiẽter conſilia inquirere volumus ſenes ſapientes ꝛ in multis expertos accedimus. Et in hoc quodãmodo dinoſci poteſt virtutes intellectuales ꝛ ſenſuales eſſe diuerſas. Nam ſi eſſent eedem. creſcente vna creſceret ꝛ alia. Cuius oppoſitum dictum eſt. Ergo bene dicitur in textu. mediocres poſſe extolli ad magiſterium altioris ſcientie q̄ꝫ phiſice. flore iuuentutis conſumpto ꝛ alias nõ. quia tunc virtutes intellectuales fortificate ſpeculando ſunt vigorioſiores. Ita etiam mediocribus practica apothecariorum. Practica autem dicitur a praxis grece quod ẽ opus latine. ꝛ practici iſti chyrurgici appellãtur a chyros quod ẽ manus ꝛ ycos ſcientia. quaſi manualis ſcientia eo ꝙ vulnerum curatio ꝛ alia huiuſmodi de quibus tractat chyrurgia cuꝫ manu exercentur. Sed excellenter acutis arridet yconomica. que eſt domus ac famile gubernatiua. Proporcionabiliter em̄ ſicut phiſica gaudet mediocribus. Et etiam apothecariorum practica. Sic yconomica gau/

bet excellenter acutis. Vehementer ãt obtuſi vt dictũ eſt ad oẽm ꝑtem philoſophice veritatꝫ ſunt inepti Ideo mechanica ſeu manũalis ſcĩa his gaudeat maritari Tunc ibi Iſtis ſi quidem ꝛc̃. ¶ Hic Boetius ponit quedã documenta. preparamentũ ad decorẽ ſtatus magiſterij fa/cientia Et diuiditur hec pars in tot partes quot autor ponit documenta. partes patebũt Adhuc p̃ma in duas. Nã p̃mo ponit quoddã docu/mentũ. ſcd̃o declarat ꝑ exemplũ ibi. Vt Lucretius. Primo d̃r ſic. volẽs ſublimari ad decorem magiſtratus primo ſcire debet que ꝛ q̃t ꝑtineant tanti noĩs ad reuerentiã ꝛ vt exprimere ſciat ea q̃ noſcit. ꝛ ne ſe totaliter cõmittat librorum inſpectioni Et hoc declarat ꝑ exemplũ de Lucrecio dicens ꝙ ille inquirendo modũ cuiuſlibet queſtionis ꝓpoſite obmiſſa ſocietate ad libros ſuos currebat Tunc ibi Secundo vt librorum Hic ponit ſecundũ documentũ valens ad dignitatẽ magiſterij Et diuiditur hec pars Nam primo facit quod dictũ eſt. ſecundo ponit exemplũ. ꝛ tercio adducit cõmune ꝓuerbium Partes patebũt Dicit ergo ſic Volens promoueri ad dignitatẽ magiſterij acq̃rat ſibi copiã librorum ad quos recurſum habere poſſit dũ poteſt nõ t̃n totam intentiõez ꝯmittat libris Et hoc declarat exemplo dicẽs. ꝙ hoc accidit nigrio qui monitis ſui magiſtri in tantũ ꝯfidebat ꝙ oẽ verbũ ab ore ſuo ꝓgreſſuꝫ libro inſcribebat. ꝛ tanq̃ꝫ ſacrum exiſtimabat Et cũ idem magiſterij accepit dignitatem. nihil aliud in ſcholis predicabat q̃ꝫ ꝟba ſui magiſtri Et ſic multotiens ꝯfuſus pudore abibat. Et tunc exclamat dicens ſic

Iſtis ſiquidem hoc modo orjendum eſt primo vt ſciat quiſqꝫ ad tanti que nominis pertinent reuerentiam vt q̃ſita exprimere noſcat ꝛ ne ſcriptorum commiſſioni ſe totaliter committat. vt Lucretius qui cuiuſlibet queſtio/nis propoſite ſibi nodum inquirendo dimiſſo comitatu ſedulus ad libros confluebat ¶ Secundo vt librorũ copiam ſue acquirat exercitationi vt cum opus fuerit eos conſulat. nec omnino eis credat vt nigro qui montani ſui magiſtri dictis in tantum cõfiſus eſt ꝙ omne verbulum ab ore ipſius ꝓgreſſum quaternis exarabat. ꝛ tanq̃ꝫ ſacrum eſtimabat. Nilqꝫ aliud magiſterij vicem obtinens in ſcholis pre/dicabat. Unde multotiens pudore confuſus abibat. quippe miſerrimi eſt ingenij ſemper vti inuentis ꝛ nunquam inueniendis. Stultiuſqꝫ eſt

Diſertimi quippe eſt ingenij ſemp vti inuentis. nūq̄ āt inueniēdis. Et adhuc ſtultius eſt oīno ↄfidentiā habere in dictis magiſtrorum. Et pt diſcipulus credere donec rōnabiliter melius ſentiat. Tunc ibi. Tercio vero ¶ Hic ponit terciū documentū circa ſtatuz magiſterij dicens ſic. Volens magiſtralez acquirere dignitatē habebit in ſecreto aliquos ſocios quos edocebit. ⁊ libros eis leget ⁊ p ↄñs alios documentis informet. vt illo mō ſciat intellecta expmere ⁊ vſu ↄpare Vſus ꝓo parat magiſteriū Naz docere alios eſt facultas ꝓprie induſtrie Tunc ibi. Quarto vt hos alioſq; ⁊c.

¶ Hic ponit quartuz documentū Et pmo facit hoc. ſecūdo declarat p exemplū ibi Vt flauius Et dicit. volens acquirere dignitatē magiſtratus ⁊ qui futurus ē rector alliciet ſibi ſocios vt cū fuerit optunitas ingrandi gaudere poſſit de intriſeco illoꝝ aſpectu. Subdēs cām dicit ſic. Quid turpius eſt q̄ʒ poſt temp⁹ inceptionis ſolus permanere ſcḿ q̄ flauius. Nam ipſe ob generis ſui imperiū ⁊ gaze dominātis opulentiā eſtimauit ſibi cūcta ſubiugari Sed tempore primeui cōcurſus elapſo raro aliquez repperit ſodalem Et ſic minis eos conſtringere ꝓponebat Tunc ibi. Quinto vt quorum ⁊c.

¶ Hic ponit q̇ntum documentum ⁊ eſt tale Volēs magiſtrari pābulabit ꝑipatetice ſcholas illorū a quib⁹ pmoueri poteſt Curialiteꝗ; debet oꝑponere ⁊ remordere proteruientes. Ex

magiſtratus orationibuns omnino confidere. Sed primo eſt credendum donec videatur quid magiſter ſentiat poſtea fingendum eſt eundem in docendo erraſſe vt ſic forte reperire queat quod commiſſe obijciat ſedulitati Tercio vt quoſdam habeat quos ſecrete edoceat. libroſq; legat. alijſq; rudimentis informet. vt ſic intellecta ſciat: ſcitaq; exprimere diſcat. in expreſſione vſum comparet. vſus autez magiſterium propinet. Alios namq; docere ꝓprie facultas eſt induſtrie Quarto vt hos alioſq; ſibi alliciat. vt cum magiſtrandi oportunitas affuerit. coruz intrinſeco gaudeat aſpectu Quid turpius eſt q̄ʒ primo inceptionis tempore ſolus deſtitui. Vt flauius qui ob ſui generis imperium. gazeq; dominātis opulentiaz cūctos ſibi credidit ſubiugari. Tpe vero ↄcurſus elapſo raro repperit ſodalē qui legi ꝓductionis adheſit. licet inuitus minas omnigenas regaliter addendo generoſita

etiam ſm temporis exigentiaȝ reſpondere debet Ne ſi nimia affuerit taciturnitas ſue imputetur ignorantie vel arrogantie. Subdit autor ſe multos vidiſſe ↄfuſos ꝓpter proteruitatem reſponſionum. Vñ non eſt diſcentis incitare regentem affatibus contumelioſis.

¶ Notandum hic ꝙ diuerſis de cauſis magiſter non ſe totaliter cõmittere debet libris. videlicet propter librorũ amiſſionem. ne .ſ. libris amiſſis. ſciẽtia totalit̃ amittat̃. Ne ergo cõtingat hoc. neceſſariuȝ eſt ſcientiã imprimere cordi. Unde. Cordi non carte tradas que noueris arte. Ut ſi carta cadit tecum ſapientia vadit Secũdo propter cõfuſionem tollendã. Nõ eñ magiſter qualibȝ in argumentatione ſeu reſponſiõe libros accedere poteſt. Etiam ex libris ſtatim non poteſt debite ad ſẽſibilia reſpõdere. Tercio ꝓpter opinionum nouitatem ⁊ diuerſitatem non eſt libris penitus confidendum

¶ Item notandum ꝙ volens ad magiſtralem promoueri dignitatem prouidebit ſibi de libris ſue exercitatiõi neceſſarijs. ea de cauſa ꝗa non omnia poſſunt imprimi. hoc eſt memorie viuaciter commendari. Opus eſt ergo librorum habere copiam vt tempus cũ affuerit eos valeat conſulere. non etiam proprio eſt ſemper confidendum ingenio Dicit eñ Auerroys tercio de celo. ꝙ nimia ingenij confidentia frequenter fecit Auicennam errare. imaginationi etiam non eſt credendum quoniam impoſſibilium ẽ. vt dicit phs tercio de anima Communit̃ tñ ſciẽtia primo acquirit̃ a libris ſtudendo vl' doctrinã auditu ꝑcipiẽdo a magiſtro Omnis eñ doctrina intellectiua fit ex p̃exiſtẽti cognitione ſenſitiua. vt habetur in primo poſteriorum Sapiẽtia enim ſine experimẽto haberi non poteſt Unde quia iuuenes carent experientia. ideo prudentes eſſe non poſſunt Dicit tñ Albertus magnus ꝙ anteꝗ̃ aĩa fuerit in cognitionibus profundata. non accipit niſi ꝑ ſenſum ⁊ imaginationeȝ

ti conſentaneum eſt propter duplíceȝ affinitatis pertitionem magiſtrantis ſaltem ad tempus fouere preſentiam Quinto vt quorum gratia coronandus eſt ⁊ fauore illorum ſcholas peripatetice obambulet. curialiterqȝ opponat proteruienteſqȝ acriter remordeat. diligentiuſqȝ pro tempore reſpondeat. ne ſi muta fuerit voluntas ignorantie imputetur cecitati vel arrogantie temeritati. Multos ſiquidem ob rñſionis proteruitatem ſpeculantium licet inuite audiuimus frui precipicio. Non enim diſcentis eſt probris contumelioſiſqȝ affatibus regentem incitare. Nec licet ſumma familiaritate coniunctus fuerit docẽtȝ

Cum pᵒ pfundata fuerit redit ad habendu; ſuū pſius ⁊ aliaru; rerū diuinarū ſciaꝝ nobiliſſimā ¶ Item notandū ꝙ magiſtrādus quoſdam habebit clam ab eo inſtruendos. pͥmo ꝓpter habitus ſcientifici acqſitionem ſcꝫ pͥmo ad ſciam pcedendo. deiñ ꝓpter habitus acqſiti radicationē. ⁊ ſic ſemꝑ ſtudebit Alioꝝ etem̄ informatio ꝓpꝛij eſt intellectꝰ eruditio Prouerbialiter em̄ dr Quiꝰ docet aliū inſtruit ſeipſum Ad magiſteriū em̄ pcedēdo pmittendū eſt ſtudiū. hoc eſt vehemēs aīmi applicatio ad ſciam acquirendā. pͥmo vſus ſtudij. ſcdo alioꝝ iformatio Vñ ſicut diſcipulus ſtudet ꝓpter ſciam adeptā ratificandā. ac diſciplinam informandā. ideo exercitiu; magiſtratui eſt nccāriū Exercitiū em̄ facit itellectū pparatū ſeu pnūciare pmpte. ſ. itelligēdo arguēdo ⁊ reſpondēdo Et generaliter in omni actu ſtudioſe potentem iuxta illd victorini Natura facit habile; ars facilē. vſus vero potente;

¶ Item notandū ꝙ magiſtrādꝰ allicere ſtudebit notos ⁊ ignotos vt dū magiſtrādi tēpus affuerit eoꝛū intrinſeco gaudeat aſpectu Regimen em̄ ciuitati erit ꝯparabile. vñ ciuitas ſm philoſophū in yconomicis eſt domoꝛum pluralitas pdijs ⁊ poſſeſſionibus abundans ad conuiuēdum oꝛdinata Sicut igitur ciuitas hec requirit. ſic regimen ſociorum multitudinem neceſſaria magiſtro pꝛocurando expoſtulat. Debet aūt ad gradū magiſterij pcedens ſocijs vti triplici de cauſa. videlicet cā legēdi. cauſa oꝑponēdi. ⁊ cauſa diſputandi ſeu reſpondēdi.

ipſius ſecretis niſi iuſſus debet inhiare. iuſſus vero inuite. Nonne Fotini proteruitas zenocratis ſcrinea aperuit ⁊ prius edocca publice inſpexerit. ſeꝗ magiſtrari credidit ſi omnem zenocratis abſtuliſſet mineruam Qua ablata zenocrates deſijt a magiſterio. Fotinus ablatis vti neſciens freneſi laboꝛauit grandioꝛi. pꝛopꝛioꝗ diſcipulus confiſus laboꝛi alieno nūꝗ inuidebat honoꝛi

Um aūt dies ſūme pmotionis affuerit breui ſcemate cōpendioſoꝗ affatu veneranda

¶ Item debet magiſtrandus frequentare ſcholas ⁊ obambulare peripatetice. quoꝛum gratia ⁊ fauoꝛe ſperat cōmēdari obſeruando etiam ſingula que in littera tāguntur. oꝑponat enim ⁊ reſpondebit modo peripatetico Unde ꝑipatetici ad vtramꝗ partem contradictionis arguere ꝯſueuerunt Sic em̄ de facili veritas inuenitur. Unde Ariſtoteles peripateticoꝛum pꝛinceps ait. ponentes vtramꝗ contradictionis parte; de facili ſpeculabimur quid verum quid falſum vñ peripateticus dicit a peri qd ē circum ⁊ potos quod ē calcans vl ambulans

Ic boetiꝰ ponit ſpeciale documentū. Et diuidit hec ps in tres. pͥmo

ēm ponit documentū Secūdo addit quandā cautelā ibi. Caute tamē Tercio declarat p exemplum. ibi. Turpe em̄ est. Sed legantur ptes ſimul. Et dicit ſic. cum fuerit dies pmotonis maxime vt magiſtrādus compendioſo gaudebit ſermone in collatione ſocioꝝ. Et pcedat ad incrementa magiſtralis honoris decenti ornatu feſtiuo apparatu. Et ſi facultas ſuppeta t ſociis procurabit conuiuium ſolemne. Et ponit cautelā circa conuiuium dicens q caute pſpiciendū eſt. vt bona primi anni ſufficiant. Turpe eſt em̄ mendicare prima fronte ſꝫ q accidit Scrutinio. q tercio die incepit mendicare peractis venerabiliter ſingulis ad magiſterium pertinentibꝰ vnde nūq de cetero tāti nominis excellentiā audebat confiteri. Subdit ergo Boetius finaliter ſic dicēs O q̄ veneranda eſt felicis exitus commendatio

commendetur ſociorū collectio. Sic q ad honoris initialis incrementa intrepide procedendum eſt decēti ornatu. feſtiuo apparatu. ſi facultas ſuppetit cunctis ad libitum pfeſſionis eiuſdem ſplendide procuratis. Caute em̄ conſiderandum cautius inueſtigandum eſt ante magiſterij elationem: vt primi anni diſcurſus propria ſi opus fuerit poſſit ſuſtentari facultate. Turpe vero eſt tanti nominis reuerentiaꝫ prima fronte mendicare vt ſcrutinius. qui omnibus ad magiſteriuꝫ pertinentibus venerabiliter executis luce tercia cepit mendicare. tanti vero nominis auſus mox eum penituit. Quid enim mirum quaſi inſtantanee deluſus abceſſit. tanti honoris faſtigia de cetero nunquā confeſſus. O q̄ felicis exitus veneranda eſt commendatio.

¶ Notandum hic q magiſtrandus tante promotionis ad gradū magiſterij ſcemate breui. verborūq ornatu vti debet. Dicit enim philoſophus in politica ſua q talis debet eſſe ſermo magiſtri ad diſcipulos qualis erit diſtātia inter viſum ꝛ viſibile. Unde ſi viſibile ſuperponatur viſui non videbitur. generaliter em̄ ſenſibile poſitum ſupra ſenſum non facit ſenſationem. Preterea ſi nimis remoueretur a viſu iterum non videretur. eo q contingeret radios viſuales concurrere ante oculi contactum imaginationem perſpectiuorum imitando. imaginando viſionem fieri. ſicut figura piramidalis. cuius baſis eſt res viſa. conus vero in oculo. Relinquitur ergo viſibile vt debite videatur. nec debet nimis elongatum eſſe nec viſui nimis ꝯiūctū. ſꝫ mediū ē ſuandū Sic ꝛ ſmo mgr̄i nec dꝫ eē nimis plixꝰ ne tedio pturbꝫ aures audiētiū Nec etiā nimis breuis ne

obſcuritatem ſecū cōtrahat. Breuitas ergo ſermonis eſt ſeruanda que audientem delectat atqꝫ audientium intellectum illuminat

Poſtqꝫ oſtēdit Boetius que ad magiſteriū ſunt neceſſaria: hic proſequitur de his q̄ conueniunt alicui iaz ad gradū magiſterij promoto. ⁊ primo premitt intentum. ſecūdo illud exequitur. ibi. Magiſtrorum talis habere/tur diuiſio. Et primo dicit ſic. poſtqꝫ expedita ſunt que pertinēt ad ſcholarium informationem. ⁊ hoc debito docendi modo obſeruato Non enim curauimus rectorē confundere breuiloquio. nec aliquem confundere curabam' ſermone prolixo. Nunquam em̄ ſermone faciliori ſumus peruſi Sb̄iungit cauſam. quoniam liber iſte nedum diſcretis ſed etiam ignaris eſt copulatus Sūt igitur obſcuritates hic poſtponende. nunc vero in preſenti capitulo ad venerabilem magiſtrorum dignitatem ē accedenduz quomodo ſcilicet ſe regant cum iā fuerint ꝓmoti. ⁊ de facto alios regerent.

Expeditis autem que ad ſcholarium eruditionem ſunt digeſta dilucidādi moderatione obſeruata: nec augere lectorem breuitate curamus. nec dilatione confundere nunquam lucidiori leuiorique ſcemate peruſi. Quoniam non ſolum diſcretis. verumetiam rudibus enigmatis ſerie poſtpoſita commendatur. Nunc ad magiſtrorum venerandam maieſtatem properandum eſt. Magiſtrorum talis habetur diuiſio trina. Quidaz tantorum duabus vrbibus ceteris fulgentioribus: rhome ſcilicz et athenis morantes vlterius nequaquam procedentes inquantuz fortuna ſuccedit altius venerātur. Alij obmittentes predictarum faſtigia. opidorum adiacentium querunt emolimenta. Tum propter nouercam diſcipline egeſtatem Tum propter natalis patrie dulcorem renitentem. Tuz iſtorum quoqꝫ aliorum quidam ratōne pulchre denominationis imperiū aſſumunt vt honorificentur. Alij rōe intelligentie. ne ignorantia eorum cō

Tunc ibi. Magiſtrorum talis. Hic exequitur intentum ponendo triplicem magiſtrorum diuiſionem. Et primo facit hoc. ſecū do ponit quaſdam doctrinas a quolibet rectore obſeruandas. ibi. Talium namqꝫ. dicens ſic. Triplex eſt magiſtrorum diuiſio. quidam eniz habitant in duabus ciuitatibus magis excellentibus. vt ſunt rhoma

et athene. nunꝙ̄ vlterius procedentes. ſed ꝙ̄diu vixerint ibi perſeuerā-tes inꝙ̄tum fortuna ſaltem eis ſuccedit. ⁊ ibidem multum commendā-tur. Sunt etiam ⁊ alij predictarum ciuitatum homines dimittentes. qui poſt gradus magiſterij adeptionem in ciuitatibus circūiacentibus lucra querūt. Tum propter egeſtatem ſciētie contrariam. tum ꝓpter dulcorē patrie natalis. Item quidā magiſtrorum gradum aſſumunt magiſtralem. ꝓpter denominationem vt ſcꝫ magiſtri vocent. Alij ratione intelligentie. ne ſcꝫ ignorātia cō-fundantur. ⁊ alij ratione vtriuſqꝫ dictorum. vt videlicet altius nominentur. ⁊ vt ſcientiā acquirant.

fundatur. Tercij ſubtilius ſpeculantes propter vtriuſqꝫ partis incrementa magiſtralia contrahūt paludimenta. Taliū namqꝫ quicūqꝫ venuſtatis aſſumpte dabitiqꝫ officij velit emolimenta proſequi in honeſtate morum vniuerſa oportet. vt polleat p̄clarus vt ſcꝫ in ſermone ſit verax. in iudicio iuſtus. in conſilio prouidus. in cōmiſſo fidelis. cōſtans in vultu. pius in affatu ꝟtutibus inſignis. bonitate laudabilis exiſtat. Si qđ vero contrarij accidat humane fragilitatis appetitui ſolet accidere conuerſatione etiā ſit bonus. Nulla ſiquidē res magis pernicioſa diſcipulo ꝙ̄ vita magiſtri contumelioſa. Infuſa enim ſepiſſime corrumpi videmus ex fetido vaſe. q̄niam vas fetidum corrumpit aquas Sic ſciencia in vita magiſtri vicioſa corrumpitur ⁊ vileſcit. Hec autē predicta ad anime docentis informationem digeſta ſunt. Nunc de ceteris primarijs videamus. Non dico

Tunc ibi. Talium nāqꝫ quicunqꝫ Hic ponit quaſdam doctrīas pertinentes ad ſtatum magiſterij. Et diuidit nam primo facit hoc in generali. ſecūdo in ſpeciali. ibi Quicūqꝫ magiſter adipiſci velit aſſumpte honorabilitatis incrementa. ſcꝫ magiſterij ⁊ debiti officij oportet ꝙ varijs luceat in moribus. Nō ſit ſcꝫ mēdax. ⁊ ꝙ ſit rectus in iudicio. circūſpectꝰ in cōſilio. fidelꝭ i ꝯmiſſis cōſtās facie. piꝰ i allocutōe virtutibꝫ inſignis. ⁊ laudabilis in bonitate exiſtat. Et ſi oppoſitū eueniat. hoc humane accidere ſolet fragilitati. Etiam bonus erit in cōuerſatione. Nō qm̄ nulla res diſcipulo eſt tā nociua ſicut ꝑuerſa magiſtri vita. Unde res infuſa fetido vaſi ſtatim corrumpit ex tali vaſe. Pariformiter ſcia in vita mgrī vicioſa corrūpitur ⁊ vileſcit. Tūc ibi Hec aūt Hic in ſpēali ponit doctrinas ad rcōrem ꝑtinētes. Et diuiditur nā ꝑmo ꝑmittit intentū. ſcđo illud exeqtur dicēs ſic. Jam ſcripta ſunt

poſita ad docentis informationē quo ad ſeipm̄. Nūc aūt dicere voluimus de aliijs p̄mariijs. non primo primis ſecundo primis

primo quidem primis. ſed de ſecūdo primis diſſerendum eſt Tenetur q̄ ꝙ doctor quiſq; eruditus eſſe. manſuetus. rigidus. antiquus. nō negligens. non arrogans. Sit inquā eruditus Prius enim oportet ꝙ diſcat q̄ doceat. Triuij enim cōparatione nouimus aſſiſtentem doctrine. Valde enim abſurdum eſt ⁊ iniquum vt imperiti peritis nouelli antiquis. rudes preferentur emeritis. Manſuetus q̄niam diſcipulorum elationem pati quandoq; oportunum eſt Magiſter franco immanſuetudinis prodeat in exemplum. Qui ob diſcipulorum ſuorum nobilitate ſua vtentium irrefrenabilem arrogantiam laqueo ſe ſuſpendit. Sapientius enim egiſſet ſi manſuetudine vſus fuiſſet. Rigidus ſimiliter ſit doctor. In ſcholarium enim amplexu rigore vti commodiſſimum eſt. vt ſcilicet errantibus vindictam imponat. Sophiſtarum lites diſſoluat. oblatrantes remordeat. obloquentes reprimat. proteruientes caſtiget. totamq; determinationē dialecticam faciat. Antiquus enī non

Tunc ibi. Tenetur quoq;. Hic exequitur intentum ponendo proprietates quas rector reſpectu ſuorum ſcholarium habere tenetur dicens ſic. Doctor primo tenetur eſſe peritus rigidus nō negligens non ſuperbus Declarat illas proprietates dicens. Rector erit eruditus. oportet ei vt prius diſcat q̄ alios doceat. Etiam tenetur eſſe expertus in arte triuiali. Quoniam eſt abſurdum indoctos p̄ferri doctis. Et nouellos in doctrinis preferri antiquis ⁊ ignaros p̄ferri litteratis. Declarat ſecundū dicēs. Rector debet eſſe mitis. quoniam ſuperbiam diſcipulorum aliquotiens ſuſtinere oportunum eſt. Declarat exemplarit de quodam magiſtro qui nominabatur franco. qui non vtebatur manſuetudine. immo ipſe ſuſpēdit ſe laqueo propter irrefrenabilem ſuorum ſcholarium ſuperbiaꝫ. qui ſua vti nolebant nobilitate Melius tamen ei fuiſſꝫ. ꝙ manſuetudine vſus fuiſſet. Declarat tercium dicēs. ꝙ magiſter debet eſſe rigidus in ſcholariū aſpectu. qꝛ rigore vti inter ſcholares ē cōmodiſſimū. ſ. ꝙ rcōr imponat errātibꝯ vindictā. ⁊ ꝙ ſoluat lites ſophiſtaꝝ. rep̄matq; oblatrātes ⁊ īſurgētes in eū Et ꝙ p̄teruiētes atq; rebelles caſtigꝫ Et totā faciat determiatōeꝫ dialecticā Declarat q̄rtū dicēs

ꝙ magiſter erit ſenex. non quidem in annis. ſed perpetuā in ſciētia. ſi eſt vtrūqꝫ affuerit. ſ. ꝙ tam in annis ſit antiquus ⁊ etiā in ſcientia tanto ſanior erit ꝯditio Tūc ibi. Non ſit doctor ¶ Hic declarat quintū dicens. ꝙ doctor non erit negligens. qm̄ ꝯſtantia magiſtri eſt in omni ope Negligentia vero nouerca eſt cuiuſlibet doctrine ⁊ diſcipline Oportuni⁹ em̄ eſſet ſcholari mechanicis artibus deſeruire qꝫ negligentis magiſtri iugo onerari. Deinde ponit ſextuꝫ. ſ. ꝙ magiſter nō erit ſupbꝰ. qꝛ igeniū paugis ſcholarꝫ licet ſubtile extīguit ꝑ ſupbiā magiſtri regētꝫ voluntaſqꝫ dicēdi a diuitibꝰ ſequeſtrat. Qm̄ arrogātis magiſtri ſedulitas nūqꝫ viſa ē aliquem inſtruere fidelit Subdit declarando ꝓprietates ſupbiētiū dicens ſic Hij ſunt ſupbi qui ſpernunt docere humiliter quod prius didicerunt Qđ qꝫ recte ſapiunt non pn̄t recte miniſtrare In altitudine em̄ poſiti diſcentiū mētes deſpiciūt. nec tām ſciētie ipſoꝝ referūt in deū ſed ꝓpriā in ſe reſpiciūt excellentiam Hij etiaꝫ fimbrias dilatant habituſqꝫ magnificāt magiſtrales In publicis ſpectaculis eminentiora querūt ſedilia. ab oībꝰ nomine magiſtri querentes ſalutari Tales ſiquidem a bonoruꝫ ſcholariū collegio relegari debent ¶ Nota duplex aſſignatur cā in textu quare quidam magiſtrorum in ſtudijs generalibus non perſeuerant. Una eſt paupertas. indigentibꝰ em̄ melius eſt ditari qꝫ philoſophari Alia eſt dulcor natalis patrie Item triplici fine magiſtri regunt ſcholas. quidā vt pulchrū nomen ſcꝫ magiſterij adipiſcantur Alij vt per ꝯtinuū ſtudiū ⁊ exercitiū ꝓprium perficiāt intellectū Tercij ꝓpter vtrūqꝫ. videlicet ob magiſterij dignitatem ⁊ intelligentie ꝑfectionem Magiſtrādi ergo honorem magiſterij ⁊ fructum conſequi volentes. ſicut ſciētijs ſic ⁊ honeſtis moribus debent efflorere. Unde ſocrates dixit prius eſſe inſudandum moribus. in quibus docetur qualiter enormes paſſiones refrenari poſſunt ⁊ ſedari. ne regulam recte rationis impediant. ⁊ ꝯſequēter in

annis. ſed perpetua ſcientia. ſi vtrūqꝫ affuerit ſanior erit condicio regendi. Non negligens exiſtat doctor. qm̄ ſicut in vno quoqꝫ opere mater inuenitur conſtantia Ita vniuerſe doctrine ⁊ diſcipline nouerca eſt inconſtantia vel negligentia Oportunius em̄ eſſet arti mechanice deſeruire qꝫ negligentis iugo onerari. Non arrogans quoniā viuax pauperum ſcintilla extinguitur arrogantia magiſtrantis voluntaſqꝫ dicendi a diuitibus ſequeſtrat. Quoniam arrogantis magiſtri ſedulitas vnqꝫ fideliter neminen inſtruxit Hij ſunt. qui id quod ſciūt docere humiliter contemnunt. ⁊ quod recte

tellectum alijs ſcientijs poſſe iuuari Quorum eñ ratio abſorpta eſt in inferno horum intellectus non eñ clari luminis receptiuus Sedantur igitur primo paſſiones.vt ipſis ſedatis ſcientiarũ ꝯtemplatiōi inſiſtere valeamus Magiſter conſtans in vultu ꝛ volũtate eſſe debet.Nam quicquid volũtas appetit ſeu intellect⁹ ꝯcipit ſup hoc vult⁹ quandã facit atteſtationẽ Ideo vultus quoddã eſt ſignum anime Unde phiſonomi dicũt omnẽ phiſonomiam principalit̃ in vultu eſſe ꝯſiderãdã Unde mõſtrum in corpore frequenter eſt monſtrum in anima . Unde eudroys Omnis diuerſitas que eſt in corpore eſt propter diuerſitatez potentiaruz anime Ponitur aũt in littera paludimentum. ꝛ eſt veſtis purpurea ꝛ ponitur pro indumento magiſtrali quo vtuntur regentes. Quicunqꝫ autem magiſtrorum debite vult proſequi fructus magiſterij in honeſtate morũ vniuerſa debet relucere

ſapiunt recte miniſtrare nequeunt. Quoniam in faſtigio poſiti merentium.mentes deſpiciunt. Nec in dato rem ſcientie cauſam referunt. Sed ꝓpriam in ſe reſpiciunt excellentiam Hij ſunt qui fimbrias dilatant.philateria magnificant In publicis ſpectaculis eminentiora querunt ſibi ſedilia ab omnibus rabbi nomine ſalutari deſiderantes. Tales ſiquidem õnium bonorum collectio iure ſolidatis ablato a ſe relegauit.

Mores aũt hominum ſunt varij.quidã laudabiles ꝛ quidam vitupãbiles exiſtunt. Unde ṕmo de moribus iuuenum tam laudabilibus ꝙ̃ vituperabilibus eſt videndum. Deinceps de moribus ſenum tam laudabilibus ꝙ̃ vituperabilibus tractandum eſt compendioſe. Iuuenes autem primo ſunt moris laudabilis.quia ſunt liberales.ſecũdo qꝛ animoſi ꝛ bone ſpei.tercio quia ſunt magnanimi.quarto quia nõ maligni moris.quinto ſunt miſericordes.ſexto quia ſunt verecundi Sunt autez iuuenes liberales.eo ꝙ non ſunt experti indigentie.ꝛ bona que poſſidẽt proprio labore non acquiſiuerunt Quilibet cum maiori diligentia retinet ſuas facultates.quando propter indigentiam mala aliqua paſſus ẽ vel quando illas facultates propria induſtria vel labore acquiſiuit .qꝛ quod cum labore acquiritur diligentius retinetur Sunt etiam iuuenes bone ſpei quod philoſophus ſecundo rethorice triplici probat ratione Primo quia paucorum experti ſunt.non in multis paſſi ſunt repulſam ideo omnia credunt obtinere Sunt etiam bone ſpei.quia in eis multuz

abundat calor Corde igitur ⁊ alijs membris inflammatis ex calore in membris eorum exiſtenti fiunt bone ſpei ⁊ animoſi Rurſuȝ iuuenes parum vixerunt in preterito. ⁊ ſm̃ curſum naturalē debent multuȝ viuere in futuro Cum igitͬ memoria ſit reſpectu preteritorum. ⁊ ſpes reſpectu futuroꝝ. parum viuunt memoria. multum autem viuunt ſpe Tercio ꝯtingit eos eſſe magnanimos. nam ex hoc aliquis eſt magnanimus quia dignificat ſe magis. ⁊ ingerit ſe ad faciendum magna. Juuenes ergo cum ſint liberales animoſi ⁊ bone ſpei non habent vnde retrahantͬ qui fiant magnanimi Specialis ad hoc ratio eſt. q̄ꝛ iuuenes ſunt calidi. ſȝ calidi eſt ſuperferri. ergo iuuenes ſemper volunt ſuperferri ⁊ excellere In ter cetera autem per que homo alijs videtur ſuperferri ⁊ excellere eſt honor ⁊ gloria. Juuenes ergo quia ſunt calidi cupiunt excellere. ⁊ maxime deſiderant honorem ⁊ gloriam. ⁊ per conſequens ſunt magnanimi cuius proprie natura boni eſſe videtur Quarto iuuenes ſunt laudabiles. q̄ꝛ non ſunt maligni moris Dicuntur enim eſſe non maligni moris quia non credunt alios eſſe malos. ymmo vt in plurimum credunt omnes homines eſſe bonos. Cuius ratio eſt quia inexperti de operibus aliorum iudicant de factis hominum ea que vident in ſeipſis. Jdeo dicitͬ ſecundo rethorice. ꝙ pueri ſua innocentia alios menſurant Sicut enim ipſi ſunt innocentes ſic ⁊ alios innocentes eſſe credunt. Quinto quia iuuenes ſunt miſericordes. Ex hoc em̄ maxime conſurgit miſericordia cum credimus aliquos indigne pati. quare ſi iuuenes ſua innocentia alios menſurāt credentes eos indigne pati de facili ad miſericordiam cō mouētur Sexto iuuenes ſunt erubeſcitiui ⁊ verecundi quilibet enim timet perdere quod nimis affectat. Erubeſcentia autem ⁊ verecundia eſt timor ingloriatiōis. cum ergo iuuenes quia calidi ſunt nimis affectant excellere. timent etiam ingloriari quare etiam de facili erubeſcunt Et ſicut iam numerauimus ſex mores iuuenum laudabiles. ſic numerare poſſumꝰ ſex vituperabiles quos etiam tangit philoſophus ſecundo rethorice. Primo em̄ iuuenes ſunt paſſionum inſecutores. ſecundo de facili ſunt vertibiles. tercio ſunt nimis creditiui. quarto ſunt nimis contumelioſi. quinto ſunt mendaces omnia quodāmodo pertinaciter aſſerentes. ſexto in actionibus non habent modum ſed faciūt oīa valde immoderate Sūt em̄ iuuenes ṗmo paſſionū inſecutores. ⁊ maxime inſequuntͬ ꝯcupiſcētias circa corpus. ſunt em̄ incontinētes ⁊ venereorum inſecutores Quod duplici de cauſa ꝯtingit. nam cū iuuenes ſunt ꝑcalidi. corpore aūt calefacto naturaliter fit venereorum appetitus. ideo corporis diſpoſitio iuuenes incitat ad venereorum ꝯcupiſcētias. Rurſus hoc idē contingit. q̄ꝛ quaſi in omnibus noſtris actionibus vl̓ ſequimur paſſionē vl̓ rationē. Et quanto nimis ratio vigeat in nobis tanto magis paſſio vigoratur Juuenes ergo quia ſunt inexperti. non vigētes intellectu ⁊ prudētia magis reguntur paſſione q̄ȝ rōne. quare vt in plurimū paſſionū ſunt inſecutores. Scḋo de facili ſunt vertibiles. nam aīa ſequitur corporis complexionē. ſicut ergo in corporibus iuuenuȝ humores ſunt in magno motu. ſic iuuenes habent voluntates ⁊ ꝯcupiſcētias

valde vertibiles. Ideo ſecundo rethorice dicitur. ꝙ iuuenes acute con-
cupiſcūt ſed cito ſaturantꝰ. vehementer volūt. ſ3 de facili ꝑmutantꝰ. Ter
cio iuuenes ſunt nimis creditiui quod duplici rōne poteſt ↄtingere. pri
mo qꝛ non ſunt maligni moris Nam nō putant alios eſſe malos. ſ3 ſua
innocentia alios menſurāt Cū ergo naturale ſit vt quis de facili credat
quem nouit eſſe bonum Iuuenes credentes homines innocentes eſſe de
facili omnibus credunt Rurſus hoc idem ex inexperientia ↄtingit. naꝫ
iuuenes exiſtentes inexperti ad pauca reſpicientes de facili iudicāt. Vn̄
prouerbialiter dicitꝰ. ꝙ qui modica nouit cito iudicat. ergo iuuenes qꝛ
non ſunt multorum experti ſtatim cum eis aliquod negocium exponitꝰ
ad multa reſpicere non volunt. eo ꝙ ſunt multoruꝫ ignari. ſtatim de illo
negocio iudicant. ⁊ ſic eſſe credunt vt eis preponitur. Quarto ſunt con
tumelioſi. appetunt em̄ maxime excellere. quia ergo videtur eis ꝙ excel
lant contumelias inferunt. ⁊ de facili contumelioſi fiunt Quinto ſunt
mendaces. ⁊ quodammodo omnia pertinaciter aſſerunt. quia em̄ ſunt
inexperti ſeipſos ignorant. ⁊ ſe omnia ſcire putant De omnibus reſpō-
dent. volunt videri ſcire. ideo de facili mentiuntur Poſtq̄ꝫ mentiti ſunt
appetentes gloriam in mendacio ſunt mendaces Cogitant em̄ ſe eſſe in
glorioſos ſi appareat ſic non eſſe vt aſſerūt Sexto in ſuis actionibus nō
hn̄t modū. ſed oīa faciūt valde. odiūt valde ⁊ generalr̄ oīa faciūt valde
Vn̄ ꝑcipue irā ⁊ ↄcupiſcentiā hn̄t vehementes Nā ira ⁊ ↄcupiſcētia ſp
vehementes ſunt niſi ꝑ rationē moderentꝰ. ergo quia iuuenes magis vi-
uunt paſſione q̄ꝫ ratione non habent concupiſcētias moderatas. ſ3 om
nia faciunt valde Senum etiam mores quidam ſunt laudabiles ⁊ qui-
dam vituperabiles. Quattuor laudabiles numerare poſſumus. Pri-
mus eſt. ſenes habent concupiſcentias remiſſas ⁊ moderatas Secūdus
eſt. ſunt miſeratiui. Tercius. dubia non ꝑtinaciter aſſerunt. Quartus
nihil agunt valde. Concupiſcentia em̄ ſenum maxime circa venerea eſt
moderata ⁊ temperata. Nam corpore exiſtente calido ſeu calefacto fit
incitatio venereorum. ergo per locum ab oppoſitis. corpore infrigidato
fit remiſſio concupiſcentiarum Conſtat em̄ ꝙ concupiſcens venerea per
appetitum extendit ſe in alia. ſed appetitus ſenis magis conſtringitꝰ in
ſeipſo. ergo ſenes ratione frigiditatis conſtringuntꝰ in ſeipſis. vt habe-
ant concupiſcentias remiſſas ⁊ moderatas. Ex hoc etiā patet. quomo
do ſenes ſunt illiberales Nam per illiberalitatem dupliciter peccari po
teſt Primo ſi vltra q̄ꝫ dictat ratio teneat quod habet. ſecundo ſi preter
rationem concupiſcit habere que non habet Senes aūt magis peccant
per illiberalitatem in retinendo ea q̄ habent. q̄ꝫ in concupiſcēdo indebi
te ea que habent. quia per frigiditatem magis cōſtringuntur in ſeipſis
q̄ꝫ extendunt ſe ad alia. Cum igitur nulla ſit actio anime in qua anima
non vtatur aliquo organo corporeo. ſicut in opere artificiali variato or
gano variatio fit operis Sicut autē in actionibus anime corpore trāſ
mutato anime ſequuntur corporis complexionem Infrigidato autem
corpore anima per appetitum inclinatur. vt ſequatur modum frigidi.
Et qꝛ frigidum ↄſtringitur ⁊ ↄdenſatur. ⁊ remittitꝰ in ſemetipſo Ideo

ſenes rãtione frigiditatis concupiſcentias habent remiſſas. Scdo ſe
nes ſunt miſericordes. Sed vt ait philoſophus non propter candez cau
ſam ſenes ⁊ iuuenes ſunt miſeratiui. Quia iuuenes propter amicicias
ſenes autem propter imbecillitatem. Quilibet enim miſeretur ſuper a
mico ſuo ⁊ ſuper eum quem indigne putat pati. Ergo iuuenes ſunt a/
miciciarum amatores ſua innocentia menſurantes Eſtimant em̄ oēs
eſſe bonos. vł quia amatiui amiciciaꝝ. Preterea quilibet exiſtēs in im
becillitate vel in defectu deſiderat vt alij ſibi compatiant̄ ⁊ ei miſerean
tur. propter hoc de facili inclinatur vt illi miſereatur. Et ita ſenes pro
pter imbecillitatē q2 vellent alios compati ⁊ eis miſereri. de facili mi
ſerentur alijs. Tercio ſenes nihil dubium ꝑtinaciter affirmant. vt ait
philoſophus ſecūdo rhetorice. Senes em̄ vixerunt multis annis. ⁊ vi/
derunt ſe multotiens decipi. ideo non audent aliquid pertinaciter aſſere
re timētes ſe decipi. Ideo ait philoſophus ꝙ ſenes omnes dubij ſenten
tiā appponētes quaſi nihil forte nihil fixe pronunciantes. Idō ſenes ni/
hil agūt valde. Sz in opibus ſuis videntur eſſe temperati. Sicut eniz
iuuenes q2 in eis abūdant cō:upiſcentie ⁊ paſſiones tendūt in extremū
et agunt valde. Sic ſenes qui habent paſſiones ⁊ concupiſcētias remiſ
ſas. vt plurimum agunt moderate. Poſſunt etiam numerari ſex mores
ſenum vitupabiles. Primo ſunt nimis increduli. Secundo ſunt valde
ſuſpicioſi Tercio ſunt timidi ⁊ puſillanimes. Quarto ſunt illiberales
Quinto ſunt difficilis ſpei. Sexto non verecundantur. ſed ſunt ineru/
beſcitiui. Sunt enim ſenes primo increduli. quod ob experientiam cō
tingit. In multis namqȝ experti ſunt cognoſcentes homīes in multis
mentiri. ideo non de facili credunt eſtimantes alios eſſe deceptores. Idō
ſecundo rhetorice dicitur. ꝙ ſenes multis annis vixerūt ⁊ in pluribus
ſunt decepti. ergo propter hanc experientiā contingit eos incredulos eē
Secundo ſenes ſunt ſuſpicioſi. Quecunqȝ em̄ vident vt in plurimū ſuſ
picantur mala. ⁊ in deteriorem partem inferunt. Vidētur em̄ ſenes con
trario diſpoſiti iuuenibus. quia pueri ſua innocentia alios menſurāt.
et omnia in meliorem partem referunt. credentes omnes homines eſſe
bonos Senes vero econuerſo quia multis annis vixerunt. ⁊ in multis
peccauerunt. facta aliorum ſm ea que fecerunt in ſeipſis mēſurant pro
pter quod vt in plurimū credunt alios eſſe malos. in peiorem ꝑtem eo
rum referentes opera. Unde ſecundo rhetorice dicitur. ꝙ ſenes quia vi/
xerunt multis annis, eſſe non poteſt quin in multis peccauerunt. ideo
ſunt mali ⁊ ſuſpicioſi. ſcʒ omnia in deterius referentes. Tercio ſenes
ſunt puſillanimes ⁊ timidi. Sicut em̄ in eis deficit humor ⁊ calor. ita
deficit in eis cor ⁊ vita. Ideo ſunt timidi ⁊ puſillanimes. Timidi. qꝛ
in eis calor naturał deficit. Quicūqȝ em̄ ē naturaliter frigidus oportz
ꝙ ſit natuł'r formidinoſus. Quarto ſenes ſunt illiberales. quod tripli/
citer contingit. p̄mo ex defectu vite. ſecūdo ob experientiam temporis
tercio quia non viuunt ſpe ſed memoria. Unde anima vt in plurimum
ſeq̄tur corporum complexionem. Sicut ergo ſenes in proprijs corpori/
bus deficiunt in humoribꝫ ⁊ in vita. ſic videtur ipis ꝙ cura etiā defici/

unt. Timentes ergo defectū pati illiberales ſunt. Rurſus ſunt illibe/
rales propter experientiam temporis. Quia em̄ multis vixerunt annis
credebile eſt eos paſſos fuiſſe multas indigentias. Timentes igitur in
digentiam pati illiberales fiunt. Contingit etiam eos illiberales eſſe.
q2 magis viuūt memoria q̄ʒ ſpe. cogitant em̄ ſe multum vixiſſe in pre
terito. ꝛ parum victuros in futuro. Et q2 memoria eſt preteritoꝝ ſpes
vero futuroꝝ. ideo nō viuūt ſpe. nec confidunt de his que debent acqui
rere in futuro. ſed viuunt memoria confidentes de his que acquiſierunt
in preterito. Fiunt igitur illiberales acquiſita non de facili tribuen/
tes Quinto ſunt male ſpei. nihil em̄ bene ſperant. ſed circa omnia ſe
credunt deficere. Nam ſpes eſt futuroꝝ. memoria preteritoꝝ. Ex quo
ergo ſenes multum vixerunt in preterito. ꝛ parum ſe credunt victuros
in futuro. ideo in ſperando deficiunt. ꝛ modica ſe cogitāt facturos Nō
em̄ viuūt ac delectantur in ſperando. ſed magis memorando. ergo ſūt
difficilis ſpei Sexto ſunt inuerecūdi ꝛ inerubeſcitiui. Nam quia ſe/
nes ſunt illiberales. magis curant de vtili q̄ʒ de honeſto Et ita magis
ſtudent ea que important vtilitatem q̄ʒ ea que requirit ſtatus honoris
Cum ergo verecundia ſit timor inhonorationis. non competit ſenibꝰ.
quia ipſi magis cogitant de vtili q̄ʒ de honore. Unde cauſa quare quis
eſt verecundus. vt dicit phūs eſt hec. quia petit haberi in honore ꝛ ho
neſtus reputari. Senes aūt ſicut deficiūt in vita ꝛ in humoribus ac ca
lore naturali ſic deficiunt animo non curantes reputari. quare contin/
git eos eſſe inuerecūdos. Poſſet etiā vna aſſignari cauſa que eſt cōmu/
nis ad omnia tacta. Senes em̄ ſunt frigidi. Frigidi em̄ eſt conſtipare
et cōſtringere. ergo ſenes ex frigiditate conſtipātur ꝛ retrahuntur in ſe/
ipis. ꝛ redduntur quaſi immobiles vt nihil audeant. nihil credant. ni/
hil ſperent. nō curent excellere neq̄ʒ reputari Uiſis tā moribus iuue
num q̄ʒ ſenum. tam laudabilibꝰ q̄ʒ deteſtabilibus. de facili patent mo/
res eorum qui ſunt in ſtatu Sunt em̄ illi in ſtatu qui mediant inter ſe
nes ꝛ iuuenes. Unde quicquid laudabilitatis in iuuenibus vel ſenibꝰ
reperitur in eis qui in ſtatu ſunt eſſe poteſt. Nam non ſunt nimis calidi
vt iuuenes. nec nimis frigidi vt ſenes. ſed tenent medium inter vtroſq̄ʒ
Ideo ſunt timidi vbi timendum eſt. ꝛ audaces vbi audendum eſt. Si
militer quia non omniū inexperti vt iuuenes. nec in tot decepti vt ſenes
Ideo nec omnibus credunt. vt faciunt iuuenes propter inexperientiam
nec omnino diſcredunt vt faciunt ſenes. eo ꝙ in multis ſenes ſunt dece
pti. ſed medio modo ſe habent. Jdō ſcdo rhetorice dr ꝙ qui ſunt in ſta
tu. nec ſunt omnibꝰ credentes. nec omnibꝰ diſcredētes. ſed magis ſꝫm ve
ritatem iudicant. Amplius non ſunt intemperati vt iuuenes. nec formi
doloſi ꝛ inutiles vt ſenes. Sed vt dicitur ſecūdo rhetorice. ſunt viri/
les in temperātia. ꝛ temperati in veritate. Uniuerſaliter ergo dicamꝰ
ꝙ quicq̄d laudabilitatis in ſenibus vl' iuuenibus reperit̾. in his q̄ ſunt
in ſtatu pt̄ repiri. Et quicquid vituperabilitatis in ſenibus vel iuueni/
bus reperitur ab his qui ſunt in ſtatu poteſt excludi Sic igitur loquē
dum eſt de moribus hominum. nō tamen hec omino habēt neceſſitatez

quia ſenes poſſunt eſſe liberales ꝛ magnanimi. Juuenes etiam pñt eē temperati ꝛ ſtabiles. Sed hec intelligenda ſunt ſm quandam pronitatem ꝛ inclinationem quo ad curſum ꝛ ordinem naturalem. Conſequenter notandum ꝙ magiſter in ſermone verax eſſe debet. Unde veritas cōſiſtit in quadam adequatōe. dicēs ergo plus ꝙ̄ ſit in re. a veritate ratione ſuperabūdantie diſcedit. Si vero ea que ſunt neget ꝛ miora cōfitetur a ꝟitate recedit ratione defectus. Cum igit̄ mēdacium ſit fugiēdum qui nō ſunt ꝟaces nec oſtēdūt ſe tales quales ſunt. reprehēſibiles ſunt. Nec magiſter ergo reprehēſibilis exiſtat. Uerax aūt debet eſſe A veritate aūt aliqui deuiāt ꝑ ſuꝑabūdantiam oſtendētes ſe verbis et factis maiores ꝙ̄ ſunt. Et tales iactores appellantur. Aliqui ab ea declināt ꝑ defectum fingētes de ſeipſis aliqua vilia. que ipſis non inſūt vel negantes de ſeipſis aliqua. que tamen eis inſunt Et hi deſpectores vel irriſores poſſunt appellari. Ueritas igitur mediat inter ironiam ꝛ deſpectionem ꝛ iactantias moderans deſpectiones ꝛ reprimens iactātias. Magiſter igitur debet eſſe verax. non enim debet fingere ſe benignitatem habere vel ſcientiam quam non habet. nec debet concedere ſibi ineſſe maliciam quam ſibi ineſſe non credit. Ueritas tamen principalius eſt circa repreſſionem iactantiarum ꝛ ex conſequenti circa moderationem ꝛ deſpectionem. Ideo philoſophus ſecundo ethicorum capitulo de veritate ait. Declinare in aliquod minus. ꝛ dicere de ſeipſo minora ꝙ̄ ſunt non eſt prudentis.

¶ Notandum ibi Manſuetus. ꝙ quia in paſſionibus ire et in appetēdo punitiones ꝛ vindictas cōtingit ſuꝑabundare ꝛ deficere oportet ſibi aſſignare veritatem aliquam reprimentem ſuperabundantias et moderantem defectus. Et hec eſt manſuetudo. Sicut enim fortitudo mediat inter timores ꝛ audacias. ſic māſuetudo mediat inter iram per quam cupimus vindictam. ꝛ inter iraſcibilitatem ꝑ quam condonamus mala nobis illata. Unde ſicut fortitudo reprimit timores et moderat audacias. ſic manſuetudo reprimit iram ꝛ moderat iraſcibilitates. licet autē manſuetudo eſſe habeat circa iras ꝛ iraſcibilitates ꝑncipalius tamen eſt circa iras. Nam primo ꝛ principaliter intendit reꝑmere iras. Ex conſequēti autē intēdit moderare paſſiones oppoſitas ire. Eſt eñ nobis naturale vt ex malis nobis illatis vindictam appetamus. Et quia ꝓprium malum vix poteſt eſſe ita modicum quin videatur nobis multum ratione affectionis ad noſmetipſos. Ideo non ſolum naturaliter inclinamur vt velimus punire mala nobis inferētes ſʒ etiam quodammodo naturale ē nobis appetere vindictam vltra cōdignum. Uidetur eñ nobis ꝙ malum illatum ſit maius ꝙ̄ ē in rei ꝟitate. ꝛ ita iniuriatores noſtros plus puniri volumus. ꝙ̄ ſm iuſticiā puniēdi ſunt. Difficile ē igitur reprimere iras nō appetere punitiōes iniuriarum vltra ꝙ̄ ratio dictat. Plures igit̄ peccāt in appetēdo plus Pauci ꝟo in appetēdo minus. Propt̄ quod ſi virtus ē principalit̄ circa magis difficile. ſeqtur ꝙ manſuetudo principaliter opponatur ire. ꝛ intendit iras reꝑmere. Ex ꝯñti aūt opponit̄ iraſcibilitati ꝛ intēdit eā mode

rare. Quod patet ex vi nominis. Nam nomen manſuetudĩnis ire tem/peramentum nominat  Tunc ibi. Cum aũt bone inquiſitionis

Poſitis quibuſdam documentis generalibus circa actus ⁊ con/ditiones magiſtrorum. hic ponit quedam documenta magis ſpecialia. Et diuiditur hec pars in tot partes quot ponit docu/menta ſpecialia. Partes patebunt. Adhuc prima diuiditur in tres Nã primo ponit primum documentum. ſecundo reddit cauſaʒ ibi Quoniam ſi magiſtrantis. Tercio declarat dictũ ſuum per exemplum. ibi. Sed non vt aſſu e/rus poeta. Et primo dicit ſic. Quando ali/quiʒ de nouo intrat ſcho/las cauſa legendi. pri/mo apparebit matur⁹ facie ⁊ primam incipi et lectionem tempore matutino incipiẽs ſub/miſſa voce et expreſſa declaratione aſcenden/do paulatim. nemiñẽ/ qꝫ exſpectabit magna niſi vrgeat oportuni/tas  Tunc ibi Quo/niam ſi magiſtratus. Reddit cauſam ſui di/cti. ſcʒ ꝙ magiſter ne/minem debet expecta/re tempore legendi di/cens ſic. Si diligentia magiſtri aliquos expectare velit diſcipulos vltra debitam legendi ho/ram. tunc preſentes perturbabit diſcipulos rancore pigricie. Et ſemet ipm deſtruit rancore iracũdie Cũ aũt diſcipulus dormitõis artifex no/uerit diligẽtiã magiſtri ſui. aut tũc de cetero maius cõparebit. aut pu/dore cõfuſus ſui magiſtri. in eius obꝓbriũ dormitabit  Tũc ibi Sʒ nõ vt aſſuerus poeta.  Hic declarat qđ ꝑus dixit ꝑ exẽplũ dicẽs Nõ eſt faciendũ ꝓut dicit aſſuerus poeta. de quodã dromone quẽ nequit ex/citare in riſum pigricia dromonis ſui diſcipuli? Illi ꝓ dormiẽte con/ſueto more vſqꝫ ad ꝑmã vnguibus ſcabris dulce faciendo canticũ per membra ⁊ oculis lippientib⁹ lucem explorantibus queſiuit ne peragerẽ/tur res matutini laboris in ſcholis. Item queſiuit etiam vt rubor lu/

Cum autem bone inquiſi/tionis tyro legendi cauſa ſcholas intrauit rigore ex/trinſecus aſſumpto. Conſiderandũʒ eſt vt aurore tempore continuo ſub/miſſa voce incipiat. ore rotundo me/diocriter aſcendendo neminẽ niſi ma/xima vrgeat neceſſitas expectando. Quoniam ſi magiſtratus diligentia aliqs vltra debiti temporis ſpacium expe/ctare preſumpſerit. hos ſiquidem pi/gricie rancore confundet neqꝫ ranco/re ſe comminuet. Cum autem pigri/cie diſcipulus dormitationis artifex magiſtri nouerit ſedulitatem aut ma/turius feſtinabit. aut pudore confu/ſus in eius obprobrium dormitabit. Sed non vt Aſſuerus poeta fece/

rat. quem dromonis coſtoris diſcipuli pigricies in riſum nequiuit excitare. Eo vero more quotidiano vſqꝫ ad primam ſtertentem vnguibuſqꝫ ſcabris membratim muſicum melos agentibus. oculiſqꝫ lippientibus lucez explorantibus. An matutini exercitij laboris in ſcholis res pagitur. Cōſortibus aduenientibus ſic aiebat: lucis diei rubore aurore rubor adhuc ne confunditur. Iſtis itaqꝫ negantibus mediam partem diei creberrime ſomnolentus expleuit gratias deo agendo Maluit em̄ ſani capitis habere pigriciem vel duriciem q̄ꝫ inſani peritiam. Si vero meridiane adeēt plerumqꝫ diſputationi natiuuz morem excedere neſciens Naſo vigilante ſtertebat. Affinibus ſocijſqꝫ importune coactōis ob ſtrepitum faſtidia prebebat. Dū aliqn̄ olera ſecūdas eius delicias hauriret ore hyulco ſomno lumina cōmiſit. Manus vero licet tur

eis diei cōfunderetur rubore frigore. hoc eſt verum nec eſſet dies. Sociis aūt ſuis dicentibus ꝙ nondum eſſet dies expleuit mediam partem diei continue per ſomnum agendo gratias deo. quia maluit ſanum habere caput fatuum q̄ꝫ inſanum ⁊ ꝑitum. Et ſi meridianis quandoqꝫ contingebat eum intereſſe diſputationibꝰ natiuum neſciens exedere morem naſo vigilante ſtertebat. Sociis qꝫ ſuis ob importune coactionis ſonuz tedia faciebat. Dum autem aliquando ſua acciperet olera ore aperto oculos ſomno commiſit. manus vero eiꝰ licet immunda in ſcutella aliquid capiebat. ſed ſomnus ei multuz erat nociuus. dum cibaria queſiuit incarcerare quia dū euigilauit nihil in ſcutella inueīt qꝛ per ſocios ſuos omnia fuerunt exhauſta.

¶ Concludendo dicit Boetius. O martiane ſociorum cariſſime ad quaz creditis hunc perueniſſe. veſtra hoc nouit dilectio. quaſi dicat ad nullum peruenerat fructum.

¶ Notandum hic primo ꝙ tyro onis dicitur nouus miles. ⁊ vſus iam inoleuit quemlibet dignitatem adeptum ſeu artem tyronem appellare. Et ſumitur in propoſito pro nouo magiſtro Tyro igitur bone inquiſitionis tempore aurore ſubmiſſa voce. rotundo ore mediocriter aſcendendo neminem niſi vrgeat neceſſitas expectando. ſuam inchoabit lectionem. Dicitur notanter tempore aurore. quia tunc virtutes ſenſitiue legentium ⁊ audiētium magis ſunt diſpoſite. ac minus occupate exterioribus. ergo illa hora tyro ſuam inchoabit lectionem. Unde tempus matutinum cum

ſol oritur aurora nominatur Sol enĩ ſuo calore multos attraxit hu/
mores inconſumptos quandocunq̈ autem ſplendidum aliquod videt
per humidum groſſum ipm̃ apparet rubeum ſicut flamma viridium li/
gnorum. Ergo ſole oriente. q: humores mediant inter viſum ⁊ ſolē ap
paret ſol rubicundus. Debet etiam tyro incipere rotũdo ore vt meli
us poſſit conceptuʒ ſu
um diſcipulis explica/
re. rotunda nāq̈ figu/
ra īter ceteras capaciſ
ſima eſt ⁊ pfectiſſima.
vox enĩ a magiſtro pro
lata ore rotundo in ae
rem circulariter accipi
tur ab auditu Nam ſo
nus ſuas ſpēs multi/
plicat p inundationes
circulares recte ſicut la
pis proiectus in aquā
Ut ergo pfectius con/
ceptū magiſtri habeat
rotundo ore ac remiſſa
voce. ne p nimiū ſtrepi
tū diſcipulus impedia
tur. tyro ſuam inchoa
bit lectionem. Non de
bet etiam quenq̄ ſine
cauſa neceſſaria expec/
tare. quia diſcipuli pre
ſentes per longa expectantes tempora attediarentur. ⁊ quodammodo
ad iram commouerentur. ne ꝓpter diuturnam expectationem ipſemet
tyro poſſet perturbari nec legendo duci in merorem. Etiam quia diſci
puli ſomnolenti pudore ſunt confundendi deridēdi. ac a ſuis ſocijs ſub
ſannādi. Et per conſequens aut maturius feſtinabunt. aut ſaltem pu/
dore confuſi ꝓprium dormitabunt in ſcandalum.

pida aliquid in vaſe prendebat. Sʒ
ſopor eius corpori nociuus erat dum
cibaria incarcerare queſiuit. Ad quē
fructum maturitatis martiane ſocio
rum cariſſime creditis hunc euenire
veſtra ſiquidem nouit diſcretio

Diſſerendi cauſa cum doc/
tor meridianus adierit ſtu
dium: precauendum eſt ne
ſophiſtico polleat apparatu. nec tetri
moueatur difficultatibus. ſed ſtudio
ſa pmeditatione omnib9 armatus in
trepidus ineat lites. Eaſq̈ facili mē/
te componat Etiam quod quiſq̈ ob

¶ Notandum inſuper ꝙ ſcholares proponētes multum diſcere nō
debent multum dormire. quia ex continuo ſomno multa oriuntur vi/
tia. Per ſomnum enĩ nullus redditur bonus vl' malus. vt habetur ex li
bro ethicorum. Felix enim nihil differt a miſero per dimidium vite. vi
delicet per tempus ſomni. Somnus autē ordinatur in refectionem ſpi
rituum ſenſitiuorum p continuos labores fatigatorum. Unde ſomn9
eſt ligamentum ſenſuum exteriorum. Senſibus enim exterioribus ſpi
ritibus ſenſitiuis depaupatis ſomnus adeſt in eorum recreationem
Item notandum ꝙ dromo elegit ſibi ignorantiam ſani capitis po/
tius q̄ ſapientiā capitis inſani. Scd̄m aūt ꝟitatē virtus ⁊ ſapiētia
cuolibet bono corporis eſt pferēda. Unū melius eſt habere animā ſulcitā

ſcientia q̄ corpus ornatum indumento. Corporis enī ornamenta auferri poſſunt. aīe vero ornamēta cuiuſmodi ſunt virtutes ⁊ ſcientie difficulter auferri poſſunt. Hinc eſt ꝙ Ariſtoteles vitam contemplatiuam ꝑtulit vite operatiue. Dromo proprium nomē eſt. vſus autē iam inoluit ꝙ quilibet tardus ⁊ ſomnolētus taliter poteſt appellari Tunc ibi Differendi cauſa. ⁊c̄

ſecerit. ita memorie diſponat. vt decegendi tempore a via rationis non recedat. Sed ordine competenti enumerato dilucidandi moderatione aſſumpta explicite diſſoluat. Si vero maxima diſcretorum mentibus vt aſſolet dubitatio differendo contigerit. ſtudijs vtendum eſt deliberando. Et quod naturalibus motibus mens exagitata dictauerit conſcientie. in craſtinum differenduȝ eſt. Eodemqȝ modo ſi difficilimum quid premeditatꝰ quis fuerit. diſſertationi commendādum eſt. Faciliu s enī diſſerendo plerumqȝ difficultatis ſcintillula reperitur. q̄ ſi ſtudij obſeruationi committeretur. Quoniam non in altero tantum. vt dicit Ariſtoteles. inquiſitio eſt veritatis. Animaduertendum eſt etiam ꝙ tribus modis vti ſolet diſſertationibus diſcretorum cognitio. Nouis ſiquidem et inuſitatis editionibus gloriari veteribus certiſqȝ

Oſito priꝰ modo obſeruando ī legēdo. hic poīt modum magiſtro obſeruandum tempore diſputandi. Et primo facit hoc. ſecundo ponit quoddaȝ incidens. ibi Animaduertēdum eſt Et dicit primo ſic. ſi quis doctor ſtudiū inierit cauſa diſputatōis meridiane. cauebit ſibi ne ipſe ſophiſtice arguat. nec obſcuras difficultates moueat diſputando. ſed bene ꝑmeditabit quid velit arguere. ita ꝙ ſit promptus in ſoluendo. Et ſi quis aliquaȝ mouerit inſtantiam commēdabit eam taliter memorie. ne ſoluendi tempore a via veritatis recedat. Siqȝ difficilis intricatio diſputādo aduenerit. ad quam pro tunc reſpondere non ſufficeret. dicat ſuper hoc dubio deliberationē vſqȝ in craſtinum habere volumus. vt tanto melius decidi valeat. Similiter ſi dubium aliquod difficilimum diſputando incideret propoſitaȝ non tangens queſtionem dicat. Hec difficultas ſpecialem tangit materiam. Super illa igitur ſpecialem habeamus diſputationem. diſcretiores conuocando quoſcunqȝ. vt ipſa adeo melius delucidaret̄. Facilius enī differendo difficultatis ſcintilla plerumqȝ reperitur q̄ ſi ſtudij obſeruationi committeretur. Non enī teſte philoſopho in altero tm̄ veritatis ē inq̄ſitio Tūc ibi. Animaduertēdum eſt. Hic ponit quod

dam incidens seu notabile. Et diuiditur in plures partes ſm φ plures ponit notabilia. Et dicit ſic. magiſtri diſcreti tribus ſolent vti modis diſputandi. Aliquando em̄ ſolent proponere noua aliqua ꝛ inaudita quibus gloriātur. Secundo antiqua ꝛ communia ſolent eis renouare. Et tercio antiq̄torum dicta que ab vſu receſſerunt ſolent renouare. ꝛ diſcipulos in illis informare Solent ꝙ vti talibus quaſi ꝑ ſeipſos fuerint inuenta. Et ſi hos obſeruando modos notauerint rectores ſcholares in illis delectari. inſtruāt eos in illis adeo diligētius committendo ea archiſcholari. hoc eſt magis intelligenti inter ſuos ſcholares. vt ipſe iuxta ſeriem ſue recordationis fideliter eos informet. Et ſi talis ſcholaris non ſufficiat totaliter commendare memorie. tunc inſcribentur talia cedul' vel cartis.

discipulorum mentes palliare vetuſtiſſimis etiam et innouatis tanquaꝫ a proprijs riuis manantibus credentium intelligentias exercitare. ꝛ ſi q̄d horum trium dictorum diſcipulorū ſagacitatem oblectauerit archiſcholari iniungendum eſt. vt eis recordationis ſerie fideliter imprimat. vel exarādi diligentia commendet. Magnuꝫ ſiquidem vtilitatis fomentum in his colligetur. Ut ad horum magiſtratus apicem proueniat diſcipulus ſtudio continuitatis immorandum eſt. receſſuiꝙ ſecretiori licet ſanguineus inſiſtendum eſt. ne ſtrepitus aſſiſtentium eum hebetet. vel emigrantium euꝫ confundat. vinculis nullis vitales ſpiritus impedientibus. Honeſtati conſentaneum eſt. vt ſecreta rimando ſolitarius magiſter exiſtat ꝙ libellos extrahēdo pn̄tiā ſuā cunctis exhibeat Nōne detractōis filius magiſtri ſedulitatē libellos extrahētē aſ-

¶ Tunc ibi Ut ad horum. Hic ponit doctrinam que ſpectat ad ſcholares ad magiſtratus apicem ſperantes peruenire. dicēs ſic vt ſcholaris ad ſummitatem huiuſmodi magiſterij perueniat. qui in diſputationibus que conſuetus eſt exercitare ſedulus. immorabitur ſtudio. ſitꝙ ſollicitus ꝓuidere ſibi ſtudij ſui tempe de loco ſolitario. Dato etiaꝫ φ ſanguinee eſſet complexionis. ne circumuenientiū clamore cōfundaẛ. vl' ſtrepitu obambulātiū impediaẛ. nec etiā ſpūs ſui vitales vll' videanẛ vicul' ꝑpediri Tūc ibi. Honeſtati ꝛc. Hic poīt aliḋ documētū ꝯcernēs modū mgrā̄tis dicēs ſic Multū ē hōri ꝯſentaneū. vt mgr̄ volēs ſecreta ſtudere ſolitarius tpe ſtudij exiſtat. ne filius nequicie magiſtri vidēs com

tinuitatem ſtudendo aliquod meditaret nephas Sic videlicet forte de-
trahendo dicens Ecce qualis eſt magiſter noſter nullā pt expmere pti-
culam niſi ꝯtinue ſuos cōſulat libros ¶ Tunc ibi Si vero primeuo rc̄
¶ Hic ponit alia quedam documenta a rectore ſeruanda dicēs ſic

piciens. quid inquinatum meditare-
tur vtiqꝫ. Si vero primeuo tempore
magiſtrantis diligentia copiam diſcē
tium non habuerit. idcirco non tepeſ
cat. ne ſpe depoſita euaneſcat. ſed tan
to acrius ſtudijs inſiſtat. Seqꝫ in con
flictu ſtrennue probet. vt ſic licet cum
paucis honorem contingat. Pauco-
rum enim conſortio multos delinitos
profunditatis ſtudio vigente frequē-
ter ſtrennue vidimus intitulari. Non
ne Theofraſtus ſubtilitatis artifex
paucorum ſuffultus ornatu ſpe de-
fraudatus. regendi curam abiecit qđ
tamen inconſulte egit. conſultius ſub
egit ſeqꝫ ſtudij obſeruationi commē-
dabilem exhibuit. Muneribus cuꝫ
leontini diſcretio multorum audito-
rum ſibi acquiſiuit conſortium. Pul
chrius enim ſic degere ſenſuit ꝗ̄ diſ-
centium cetu deſtitui. Pietatis ve-
ro ambitu ſcholariuꝫ rector dilinitus
diſcipulorum corda paupertate degē
tium ſtudioſeqꝫ diſcentium mulcere
tenet. Cibarijs videlicet calceis veſti
bus ſaltē tritis ſi facultas ſuppetit Ce
teriſqꝫ ſubueniat donationibꝰ ꝯſilioqꝫ

Si magiſter primo ſui
magiſterij tpe diſcētiū
copiā non habuerit. nō
debꝫ ob id tepeſcere nec
ſpe depoſita deſperare.
Sꝫ tāto diligētius ſtu
dio inhiabit. ſeqꝫ ſtrēnu
um in ꝯflictu exhibebit
vt. ſ. cū paucis honoreꝫ
ꝯtingere valeat Multi
ei ſtudio paucorū ꝯſor
tio ꝓfunditatis deliniti
viſi ſunt intitulare De
clarat exemplariter de
Theofraſto. qui arti-
fex ſubtilitatis paucoꝝ
ornatu ſuffultus. ſpeqꝫ
defraudatus regēdi cu
raꝫ abiecerit inconſulte
tñ imo ꝯſultius egiſſꝫ
ſi ſtudio īheſiſſet Seqꝫ
ꝯmendabilem ſic exhi-
buiſſet Item aliud po-
nit exemplū de eodē di
cens ꝙ magiſter Leon-
tinus iuuenū multorū
acquiſiuit ꝯſortiū dicēs
pulchriꝰ eē degere mul-
torū ꝯſortio ꝗ̄ diſcenti
um cetu deſtitui Tunc
ibi. Pietatis vero
Hic ponit ſcdaꝫ doctri
nam ſeu aliud documē
tum dicens ꝙ magiſtri
debēt ſuis ſcholaribus
pauperibꝰ diligēter ſub
eis militantibus quan
doqꝫ munera largiri. ci
baria. ſ. calceos veſtimē
ta ꝛ huiuſmodi ſi facul
tas ſuppetit Et ne duꝫ

eis ſubuenient auxilio. ſed etiaȝ ꝯſilio Subdit cām. qm̄ nulla donatio dulcior eſt ⁊ honeſtior q̄ꝫ veris que ſit ſcholaribꝫ Eſt em̄ honeſtiꝰ pau/perem ꝯfouere. ſcholarem q̄ꝫ rerū p̄dictarum largitionē lenonibus por/rigere aut meritricibus Tūc ibi. Nubila licet ¶ Ponit aliam doctrinam dicēs ſic Licet fortūa rectoris in p̄ncipio ſui regiminis ſit obſcura. nō tn̄ ob hoc deſpe/rabit. ſȝ viriliter ſufficere debet incurſus infortunij finē expectādo dulciorē. nec faciat ſic Coriandrꝰ qui p̄mo infor/tunatus ſuū deſperādo regimen penitus dimi/ſit Nunc depoſt regimini ſcholariū ſe inuoluere intendēs. ſicq̄ꝫ mḡnā paſſus eſt paupertateȝ Tūc ibi Si āt ob feſtiui temporis. ⁊c̄.

¶ Hic ponit aliaȝ doctrinaȝ oſtendens qualiter ſe habebit magiſter in ſocietate dicens. ꝙ rector ſcholariū ob feſtiui tp̄is inſtantiā ſi loca d̄liciarum viſitare voluerit tunc ſecū habere debet nobiliores ſue ſocietatis formaq̄ꝫ eminētiores ne quaſi deſtitutus reputet̄ ſeu vilis Ne ſibi ꝯtingat ſimiliter ſic̄ maroni bone ꝯuerſationis magiſtro. Cui tp̄e quodam dū ſpaciare intendebat ruſtici quidā̄ ſup̄uenerāt. vn̄ ſolua/gus. q: tūc fuerat. inde cen터multuȝ tractabatur Tunc ibi. Licet inq̄ꝫ in ſcholis. ⁊c̄.

vt decet concitatoq̄ꝫ preclarior natu/re erogatioq̄ꝫ ſuauior q̄ꝫ veris ſcholaribus erogatio. preclarius enim eſt ſcholarem confoueri in quibus minima eſt donantis exhibitio Maxima vero recipientis promotio q̄ꝫ hiſtrio/num meretricumq̄ꝫ incurſibus delini ri deteſtabilibus. Nubila licet quandoq̄ꝫ fortuna exiſtat. non tamen ma/giſtrantis cura deſperet. Sed ſemp̄ perſonaliter ſe gerendo ⁊ regendo. Incurſus viriliter perferat. dulcius ex/pectando Proch Coriandri penden/da trāſactio. Si autem ob eſtiui tē/poris impulſum deliciarum loca vi/ſitare placuerit ſemper ſui cetus no/biliores ſpecieq̄ꝫ eminentiores docentis ſecum habeat diſcretio. Nequa/ſi deſtitutus ſolatio nullus videatur aut vilis. ne inpericulum excitetur. Maronis ſaltus feliciorum ſuorum cetu priuari indoluit. Licet inquam in ſcholis rigidus exiſtere debeat. in greſſu tamen ſalutando deuotus permaneat. Sermone iocundus tranſ/migrantibus comes. alludentibus

¶ Hic remouet bo/etius quoddam dubiū Dicto em̄ prius ꝙ magiſter in ſcholis vtetur ri

gore dubitaret quis vtrū ⁊ etiā extra ſcholas rigoroſum ſe exhibebit re
mouens hoc dubium dicit Licet magiſter in ſcholis rigidus eē debeat.
extra tñ ſcholas humilis erit ⁊ deuotus. quemlibet ſcꝫ ſalutando tranſ
migrantiū Eritq; fidelis ſermone ſecū ꝯmorantibus. Erit etiā cautus
circa caſtitatem vicinis ſuis ne per ipſos diffametur.

**fidelis ammonitu ꝯmorantibus. ca/
ſtitate cautus. ne ſupinantis naſi fe/
torem ſi quis affuerit amicabilis ebi
bat affinitas.**

¶ Notandum hic ꝓ
mo. ꝙ licet magiſter pri
mo magiſtratꝰ tꝑe ſcho
lariū copiā nō habuerit
id circo nō debet tepeſce
re. nec ſpe depoſita eua
neſcere. ſed tanto diligē
tius ſtudijs debet inhia
re Vñ ſtudiū ſꝫm Tulliū eſt vehemēs animi applicatio ad aliqͥd ꝑficien
dū Scdm Macrobiū aūt ſtudiū eſt cura ⁊ ſollicitudo vnā quāq; rē ad
ſui finem deducens optimū. nec ſpe depoſita cadere debet in deſperatio
nem Eſt autē ſpes certa expectatio future beatitudinis ex dei gratia ⁊
meritis ꝓprijs proueniens Unde in hac diffinitione non ſumitur certitu
do ꝑ demonſtrationis certitudinē Spes em̄ viatoris eſt cū certitudine
opinionis ⁊ non demonſtrationis Cauſa vero ꝑncipalis hm̄oi expecta
tionis eſt dei gratia. ſine meritis tñ proprijs aliqua ſperare ſpes non eſt
vt ait Gregorius. ſed pſumptio In hac quidē diffinitiōe non deſcribitur
ſpes vt eſt ꝟtus. ſed potius ꝓut eſt motus ſpei ⁊ non virtus Spes ꝓo
vt eſt virtus eſt audacia mentis de largitate ɔ̄cepta habendi vitā eter/
nā per bona merita. Inter fidem aūt ⁊ ſpem talis eſt differentia. Fides
eſt de bonis ⁊ malis. ſpes vero de bonis tm̄ Conueniūt inſuper qꝛ tam
fides q̄ȝ ſpes de inuiſibilibus ſunt Fides aūt eſt de bonis ſibi ⁊ qͥbuſcū
q; alijs. ſpes vero eſt de bonis ſibi tm̄ ¶ Secūdo notandum ꝙ in ſpe vt
cōiter ponitur quattuor ſunt ꝯſideranda. ex quibus arguere poſſumus
magiſtros ſcholarium rectores ⁊ generaliter reipublice gubernatores
debere eſſe bone ſpei. Primum eſt. ſpes eſt de bono ⁊ non de malo. de
malis namq; timor eſt. non autem ſpes. Secundum eſt. ſpes eſt de ar/
duo. nam licet circa quodcunq; bonum poſſit eſſe amor. vel gaudium
aut deſiderium. ſpes tñ non eſt niſi circa bonum arduum. Nullus enim
ſperare dicitur aliquid niſi videatur ſibi bonum arduum ⁊ difficile Ter
cium eſt. ſpes eſt circa bonum futurum. de preſentibus em̄ bonis nō eſt
ſpes. ſed gaudiū ⁊ delectatio eſſe poſſit. Quartum eſt. ſpes habet eſſe
circa bonum poſſibile. quoniam nullus ſperare habet circa bonum im/
poſſibile ſed magis deſperare Hec aūt quatuor videlicet bonū arduuꝫ
futurū ⁊ poſſibile ꝯpetūt magiſtris ſcholas regētibꝫ. ac vniuerſalit̃ rei
publice rectoribus Debent em̄ magiſtri bonū ſcire ⁊ ꝟtutes ſuoꝝ diſci
puloꝝ. ergo ⁊ bonū ſperare debēt Rurſus bonū quāto cōius tāto diuinius
Cū igit̃ bonū ſcholas regētiū ſit cōe diuinū circa bōa excellētis ⁊ ardua
ideo nō ſolū ſpectat ad mgr̄os ſcholas regētes tendere in bonū. ſꝫ etiaꝫ

quodāmō tendere debent in bonū arduū. Quanto eñ maior eſt chari/tas. tanto plura ei ꝯtingere pñt. ꝙ maiori indigēt prudētia ac maiori ꝯ ſilio. Cum ꝙ ꝯſilium non ſit niſi de rebus futuris. nō quidē impoſſibi/libus. q: de his nullus ꝯſiliatur. ſed de poſſibilibus ꝙ decet magiſtros ⁊ vniuerſaliter reipublice rectores ꝯſiderare bona. etiā illa non ſolū vt ſunt ardua. ſed etiam vt futura ⁊ vt ſunt poſſibilia

Xtrema preſentis voluminis extat compilatio vt de magi/ſtrantibus quos liberalibus nouerca diſciplinis egeſtas compulit inuadere fines aliēos Et dē illis quos natalis patrie dulcedo reuocauerit a/liquid ſub compendio dicamus.

Si ob egeſtatis repellende cauſam lucri querat quis odorem dulciſſimū conſiderandum eſt vt ſaluo magiſtra tus honore parcitati quantum que/at inſiſtat. veſtibuſq; mediocribus in hiet ſcholarium regimini precipu⁹ indulgeat. Pueriſq; primo vultum prebeat benignum: parentibuſq; eo rum benigniorez affatum docendiq; aditum ſpondeat beniſſimum vt ſic non ſolum corda puerorum per/molliat verum etiam parentum pecu niam extrahat famamq; efferat popu larem. Schole vero iura regaliter defendat ordine docendi prius edoc/to perutatur. Eiſdem etiam

¶ Iſtud ē vltimū capitulū pñtꝫ libri. in ꝙ ponit boeti⁹ quedā do/cumēta ad ſtat⁹ mgroꝝ ꝑtinētia Et diuidit̄ hec ꝑs in duas. ꝑmo eñ po nit modū ꝓcedendi ma giſtroꝝ ꝓpter egeſtatez repellendā Scđo oſten dit ſtatū mgr̄i regentis in patria ꝓpria ibi. Cū ob dulcoris. Adhuc ꝑ/ma in quattuor. primo oſtendit de quib⁹ vult docere. ſcđo exequit̄ in tentū ibi Si ob egeſta tis Tercio poīt q̄ddaz documentū mgr̄i addiſ cipulos. ibi. Cū magi ſtrantis Quarto ponit quandā doctrinaz. ibi. Animaduertendū eſt. primo dicit ſic Finalis ꝯpilatio pñtꝫ libri ē de magiſtris quos egeſtas liberaliū diſciplinaruz nouerca finez inuadere ꝯpellit alienos Et etiā de illis quos patria na talis dulcedo reuocaue rit. de ipis ei aliq̄d ſub ꝯpendio eſt dicendum. Tūc ibi Si ob egeſta tis ¶ Hic ſubdit inten tū ſuū dicens ſic. Cum quis ordinem regendi acquiſiuerit cā egeſtatis repellende. ſeruabit ſibi precepta que ſequuntur Debet eñ parcitati inſiſtere quantum valuerit magiſtratus ſaltē honore ſaluo Veſtibus etiam inhiabit mediocribus Scholariū regimini precipuus indulgebit Scholaribus ꝑmo vultum

aliquantulum adultis ſe rigidum ex
hibeat. Ipſorum ora ad recte loqnen
dum componat. Digitos ad ſcriben
dum conſtringat. Ad legendum om/
nino informet rigore iuſticie concomi
tante. Ut ſic non ſolum in doctrina.
verum etiaꝫ in facecia conueniat Lu
dendiqꝫ ſpacium tempeſtiue cõcedat
Docendiqꝫ beneficiuꝫ nullo caſu ſub
trahat. Si vero contumacem. ſuper
bumqꝫ inueniat dulciter eum caſtiget
exemplaqꝫ morum proponat quibus
reprimatur. Alioquin parentum aſ/
ſenſu virgis affligatur. vt ſic ad vng/
uem caſtigatus euadat. vel deſpera/
tus in ignominiam cadat. Cum au/
tem magiſtrantis dilectio etate infri/
gidatos ſtatuales ve planetiſtaſqꝫ
ſcholaſtici introitus habuerit parti/
cipes ſi correctionis linea vti nequi/
uerit. ſenio confectus arridendum eſt
Statualibus in gemiſcendum pla/
netiſtis fauoris ſimulachro congau/
dendum eſt. Calamiſtratos cirris hir
ſutis perurat Fucoqꝫ perfuſos lachry

oſtendet benignū. Parentibꝰ ipſorum affatū benigniorem. Docendiqꝫ
addita docebit benigniſſimū. vt ſic corda nedū permolleat diſcipulorum
verū etiam parentum acquirat pecuniā. famāqꝫ ſic dilatet Schole etiā
iura regaliter defendat. ordinēqꝫ docendi post edoctū inſequatur. ſuiſqꝫ
ſcholaribꝰ aliquantulū adultis ſe rigidū exhibeat. Oraqꝫ ipoꝝ ad ṗus
recte loquendū ɔponat
digitoſqꝫ coꝝ diſponat
ad ſcribendū ⁊ ad mo/
dū docēdi totaliter eos
informet rigore iuſticie
ſemꝑ ɔcomitante vt ſic
ne dū in doctrinis verū
etiā ⁊ in facecia erudiā/
tur Concedatqꝫ eis tꝑe
ſaltē ɔgruo ſpaciū ludē
di. nullo etiam caſu do
cendi ſubtrahat benefi
ciū Siqꝫ ɔtumacē ſuꝑ
bumqꝫ aliquē inter ſu
os habuerit dulciter eū
corripiet exēpluꝫ morū
ei ꝓponendo Quibꝰ niſi
ſit reṗmendus parentū
aſſenſu virgis ꝑcutiat
vt ſic ad vnguem caſti
gatus euadat. vel ſaltē
deſperatus ɔfuſionē in
cidat in perennē. Tunc
ibi Cū āt magiſtrantꝫ
ℂ Hic ponit aliā do
ctrinā quā obſeruabit
mgr̄ circa ſcholares ſe/
nio induratos, vagabū
dos ſuperbos ⁊ luxurio
ſos. dicens ſic Si magi
ſter ſcholariū rector ha
buerit ſcholares ſenes
duros ⁊ inſtabiles in ſu
is ſcholis ſic ꝙ correcti
one ſcolaſtica vti neq/
uerit. tūc ſenibꝰ arride
bit. duris condolebit.
⁊ vagabundis dilectio
nis a ꝑparentia ɔgaude
bit ℂ Item corriget calamiſtratos fuco ꝑfuſos lachrymis irrigare

faciat. luxurioſoſq; caute a ſcholis expellat. ne alij ſcholares reatus e/iuſdem participes efficiant. Tunc ibi Animaduertendū eſt aūt. q̄ ⁊c.

mis irrigantibus gulam perfundat molles caute eijciat. ne mentis ſue reatum alij commoti perticipent

Animaduertendum eſt autem q̄ quorum erogatione laborioſum deli/nitur certamen. in illis doctrinalis cō probetur effectus. Rerum namq; ef/fectus operis exhibitione declaratur Ordine autem competendi viciſſim puerili ſunt conuocandi. vt fideli ſcrutinio pateat quid ſubminiſtrantium labor diurnus erogauerit. Submi/niſtrantium autem cure non ſemper confidendum eſt quoniam aut illorū cupiditas fractis aſſibus plerumq; permollitur. aut ſpe defraudata tepeſcit fidelitas. aut vt videatur crudeſcit poteſtas. Sicuti vero felici pauper/tati miſericorditer differendum eſt. ſic non minns ipſius eruditioni atten/tius inſiſtendum eſt. Cum autem cena affuerit pauperior. commenſabi/lis eſt eroganda facultas. familiaribꝫ vicinitatiſq; complicibus inuite eſt porrigenda. ne familiaris vox reuelet ſua ſecreta detrahendo. vel ne multi/

¶ Hic ponit aliā doctrinā per modū notabilis dicens ſic Rector ſcholariū erit fidelis circa illos vnde capit emolimenta. hoc eſt a quibꝫ condignā accipit laborum recompenſam. Et ſi queratur quomō ſciri poterit q̄ iſte circa tales fidelis exiſtat. Reſpondet Boetius q̄ per operis exhibitionē hoc poterit diſcerni Et ſi dicat quō fit iſta opis exhibitio Reſpondet q̄ in hoc fit vt magiſter cōuocet ſuos ſubiectos loco et tempore ꝯgruis vidēs an ſublectores eis fideliter intenderūt. Subdit in littera q̄ nō ſp eſt ꝯfidendum cure ſublectoꝝ ipi em quandoq; ꝑmolliuntur muneribꝫ diſcipulorum. ⁊ quādoq; tepeſcunt remuneratiōis deſperatione. Et q̄nq; ſefingēdo fideles nimiū exercent terrorem circa ſcholares ⁊ ſeueritatem Tunc ibi. Sicuti vero

¶ Hic oſtendit de honore magiſtri ſcholarium rectoris. Et p̄mo facit hoc Secūdo remouet dubiū ibi. Cauēdū eſt etiam. Et dicit ſic Si magiſtro alicui cēa fiat pauperior ita q̄ aliquātulū viuat in paupertate tunc duntaxat ſollicitus erit ad ꝓcurandum familie ſue ⁊ ſibi ip̄ſi neceſſaria. nō. ſ. mul

eos imitando hoſpites. vtputa vicinos ſuos ⁊ mulieres Subdit cauſaꝫ
ne ipſi ſecreta ſua reuelent ſi qua viderint vel audiuerint Etiam ne ve/
tula reuelet hoſpitibꝰ ꝺ
magiſtri paupertate qꝛ
nihil eſt loquatius anti
qua muliere Non etiaꝫ
erit idem nimis tenax.
qm̄ nimia tenacitas bo
ne contrariatur fame
Tunc ibi Cauendū eſt

plicitatis anus prodiga anui proinet
aduentando. Quid anu conſcientia
facilius proterua inutilius. In mini
mis procul abſit rapacitas. Et fame
nouerca adunca tenacitas. Cauendū
eſt etiam ne illorum puerorum pulue
ri fetulento pluſqꝫ trienniꝭs alludat
ibidem. Licet maxima comitum ga
zeqꝫ affuerit confluentia confederati
ve amoris opelentia. niſi honoris
promotio vigeat in amore. vel facul/
tatis in honore vigeat elatio

¶ Hic ponit cautelam
quam rector ſcholariū
ſeruabit dicens ſic. Ca
uendū ē ne rector ſcho/
lariū ꝑmaneat alicubi
laborioſo in regimine
ſcholaſtico vltra tres ā
nos licꝫ etiā copiā ibi
ſcholariū habuerit ⁊ lu
cri vl' ꝯfederati amoris
opulentiā. niſi ſaltē vi
geat ꝓmotio honorꝭ in
amore vel facultatis el
latio in honore

¶ Notandum ꝙ ſi magiſter rebelles habuerit ſcholares ⁊ malici/
oſos. tales ſunt caſtigandi ac morum exemplis corrigendi Nam terri/
bilia exempla eis proponi debent vt ſic terreant. Bonaqꝫ exempla ap
plicentur. vt per ea ad bona alliciantur Eſt autem ſocratis ſentētia qua
druplici de cauſa homines fieri bonos. Quoſdam a natura. quoſdam
ex aſſuefactione ⁊ conſuetudine. quoſdam per conſolationeꝫ perſuaſiuā
alios vero per pene inflictionem. Unde verſus. Cauſant eſſe boni phi/
ſis mos ſuaſio pene. Unde pueri ab infantia ad bonos mores ſunt in/
ſtruendi. quod via quadruplici venari poteſt. Prima ſumitur ex parte
naturalis delectationis Scd̄a ex defectu rationis Tercia ex pronitate
ad malū Quarta ex vitatiōe habitus oppoſiti Prima via ſic patet Nā
ſm̄ philoſophū in ethicis Adeo naturale eſt nobis delectari. ꝙ ab infan
tia delectari incipimus Unde ⁊ pueri ſtatim delectantur cū māmas ſu/
gere incipiunt Si igitur nobis ab infantia accreſcit concupiſcētia dele
ctabilium. etiā ab infantia illi eſt reſiſtendum Statim igitur cum pue
ri ſermonum ſunt capaces. bonis moribus inſtruendi ſunt. Secunda
via ad idem ſumitur ex rationis defectu Nam tanto magis aliqui ſunt
commouendi ad bonos mores quantomagis incitātur ad laſciuiam. ⁊
quantomagis ſunt paſſionum inſecutores. vt patet per philoſophuꝫ in
ethicis Sed in etate iuuenili homines ſunt maxime laſciui ⁊ paſſionū

inſecutores.ergo tunc maxime eſt ſubueniendum.vt per monitiones de
bitas ⁊ correptiones conuenientes a laſciuijs retrahantur Quare cū ra
tione ſic concupiſcentias ⁊ laſciuias refrenare debet.quāto quis magis
inclinatur vt ſequatur paſſiones.tātomagis indiget dictamine recte rō
nis vt paſſiones refrenent̄.ꝗ in etate iuuenili pueri ſunt, bonis moribꝫ
inſtruendi.q꞉ tunc magis ab vſu rōnis deficiunt.⁊ magis paſſionū ſunt
inſecutores. Tercia via ſumitur ex pronitate ad malum Naꝫ cū aliqͥs
eſt pronus ad malum.oportet ipm̄ multū aſſueſcere in contrariuꝫ ne in
clinetur ad illd̄ vt plurimū eīm hoīes ſm mores ſe hn̄t quaſi quedā vir
ga adtortuoſitatē inclinata Vn̄ ⁊ Ariſtoteles in ethicis docet nos hoc
mō ad bonos mores debere nos dirigere.quō dirigitur ⁊ rectificat̄ vir/
ga tortuoſa Volens igitur virgam tortuoſam rectificare vltra mediuꝫ
rectitudinis in partē ꝯtrariaꝫ habet inclinare.que ſic inclinata redit ad
mediū ⁊ rectitudinē Sic ⁊ nos q꞉ obliquitatem ⁊ pronitatē habemus
ad malū ⁊ ad delectationes illicitas debemus ꝑ multū tempus ab illici
tis delectationibus abſtinere.vt hanc pronitatē ad malum valeamus
deuitare Immo ſicut virga rectificanda ad partem ꝯtrariam vltra me
dium trahitur vt poſſit redire ad mediū. Sic et nos fugiendo delectabi
lia debemus nos vltra medium deflectere.multas etiam delectationes
licitas cauendo.vt facilius ab illicitis valeamus abſtinere Et q꞉ tantū
ad malum habemus pronitatem opꝫ nos ꝑ diuturna tp̄a in contrariuꝫ
aſſueſcere.videlicet in bonū vt facilius hanc ꝓnitatem poſſimus vitare
ab ipſa igit̄ infantia inchoandum eſt vt reliquentes laſciuias ſequamur
bonos mores. Quarta via ſumitur ex vitatione habitus cōtrarij. Naꝫ
q꞉ iuuenes ſunt molles ⁊ ductibiles.ſi abſq̄ freno ꝑmittant̄ ſtatim laſ
ciuias exequunt̄.eiſqꝫ vitioſi habitꝰ imprimūt̄ Sicut in cera molli ſta
tim imprimitur forma ſigilli Ne igitur iuuenes vtioſis habitibꝫ infor
mentur.ſtatim ab infantia ſunt mouendi ⁊ corrigendi.vt per monitio/
nes ⁊ correctiones debitas a laſciuijs retrahantur

¶ Notandū inſuꝑ ⁊ precipue quo ad illam ꝑticulam Cum autem
magiſtrantis.ꝙ quidam ſcholariū ꝓpter etatem ſunt indurati.⁊ his cō
ſentiendum eſt vt ſenibus Alij vero per maliciam ex naturali ꝯplexio
ne tractam duri ſunt ⁊ obtuſi ingenij.⁊ his compatiendum eſt Alij ve/
ro ex conſuetudine mala ſunt indurati.⁊ his ſimulachro falſo ꝯgauden
dum eſt. Debet eīm magiſter circa tales a ꝓparere tanq̄ǯ mitis veruntā/
men ꝟbis aut ꝟberibus eoꝝ correctioni inſiſtere debet.eo ꝙ poſſunt a
ꝓpoſito remoueri Et hi planetiſte poſſunt a ꝓpellari a nomīe planeta ⁊ a
verbo ſto Stant eīm vt planete.qui nunq̄ǯ ſtant ſed ſemper mouentur.
Secundi autem ſtatuales a ꝓpellantur a ſto ſtas.quia ſemper in eodem
ſtatu ſtant ⁊ permanent.niſi alicuius ſcientie adeptionem perfecte at/
tingere poſſent ¶ Conſequenter nota ꝙ in minimis rebus adun/
ca tenacitas nouerca fame magiſtris adeſſe non debet.inter enim duo
mala melius eſt magiſtros ⁊ generaliter reipublice rectores eſſe pro/
digos q̄ǯ tenaces vel auaros. Quod triplici patet ratione Prima quia

 

melius eſt aliquem infirmari morbo curabili q̄ incurabili. Prodiga litas aūt eſt morbus curabilis. ⁊ hoc vel ex etate. nā qui ſunt prodigi ī iuuentute. quando efficiunt̄ ſenes ⁊ cū quandoq̄ veniunt ad ſenectutē vt in plurimū curatur eorum prodigalitas. ⁊ deſinunt eſſe prodigi Uel etiam ab egeſtate. nam qui prodigi ſunt vt in plurimum egent. quia ex penſe ſuperabundant redditibus. Experiendo igitur indigentiam a p digalitate reuocantur Ergo ſm philoſophū prodigalitas eſt mor bus curabilis vel ab e geſtate vel ab etate. ſʒ auaricia ē morbus in curabilis. Nam quan to quis plus ſeneſcit. tanto magis auaricia iuueneſcit. quia igitur conuenientius eſt ali quē egrotare morbo curabili q̄ incurabili. inter duo mala minus ma lum eſt magiſtros ⁊ vniuerſaliter rei publice rectores. immo ⁊ quoſcun q̄ eſſe prodigos q̄ tenaces Secundo hoc idem patet quia prodigali tas eſt magis ꝓpinqua virtuti q̄ auaricia. nam liberalis non libēter re cipit. ſed libenter dat quorum vtrūq̄ facit prodigus. neutꝝ vero facit auarus. Differt ergo prodigus a liberali quia prodigus non dat vt de bet. quibus debet. ⁊ cuius gratia debet. Cum igitur prodigus non ſit amator pecunie. ſicut nec liberalis faciliter prodigus liberalis fieri po teſt Tercio hoc idem patet. quia prodigus multis prodeſt. auarꝰ aūt ſeu illiberalis vł tenax nulli prodeſt. immo ſibiipſi nequā eſt. Minus igitur vicioſum eſt aliquem eſſe prodigum q̄ tenacem

Um ob dulcoris patrie delici as parentū q̄ venerabiles aſpe ctus regendi curaʒ quis ſuſceperit In natalis ſoli confinio pomposo affatu inſiſtendum eſt laute ſplendideq̄ pro

Sta eſt ſecunda pars principalis huius vltimi capituli. in qua oſtendit quomodo rectores in propria patria regendo ſe habe bunt. Et ponit primo talem doctrinam. ſi quis curam regendi in proprijs aſſumpſerit partibus propter delectationes proprie patrie. venerabiles parentum ſuorum aſpectus inſiſtet pomposo affatu laute q̄ ⁊ ſplendide ſibi de neceſſarijs prouidebit. veſtiumq̄ circa variatio nem erit precipuus. Quoniam veſtium ornatus vna cum alijs ornati bus plures maiorem vidimus cōſequi gloriaʒ rei q̄ veritas exhibebat

Subdit. ornatus veſtium. fauor hominum. lepoſq̄ q̄ plures com pulerunt magiſtros eminio in doctrina comparatos excellere homeruʒ virum excellentem atq̄ venerabilem

Tunc ibi. Ordine docendi. Hic ponit alias doctrinas a rectori bus ſeruandas. dicens ſic. Ordine docendi promiſſo diligenter obſer uato diligenter tollenda eſt voluptas damnoſa ludoꝝ. vna ⁊ damnoſa voluptas luxurie. vt quod raro contingere ſolet honor proprie patrie magiſtri conferat commendationem. Et quantomagis vite commen datio accreuerit tantomagis fauori diſcipulorum eſt inſiſtendū. vt co

rum diuulgetur vocibus. quod eorum magiſter ore proprio neſcierit exprimere. vt ſic nedum morum videatur in dulcedine. verumetiam in ſcientiarum acumine

¶ Notandum hic ꝙ cum magiſter curam regendi acceperit ob delicias dulcoris patrie. ⁊ venerabiles parentum aſpectus in natalis ſoli cõfinio pomposo affatu inſiſtendum eſt. ⁊ ſic đ alijs in littera poſitis. Et aliqui vituperantur. quia honorem ſuum non curant. Alij vero laudantur honorem non curando quia humiles ſunt. Curare igitur proprium honorem vno modo eſt laudabile. alio modo vituperabile. Nam non curare honorem videlicꝫ non volendo facere bona opera honore digna vituperabile eſt. Debemus enim curare honorem. non vt ſimus ambicioſi. nec finē noſtrum ponendo in honoribus ſed agendo opera honore digna. Opera quidem honore digna dupliciter poſſunt conſiderari. Vel vt nobis proportionata. vel vt ſunt magno honore digna. Et ideo circa honores eſt duplex virtus. Vna reſpicit honores mediocres Et hec a philoſopho dicitur honoris amatiua. Alia eſt que reſpicit honores magnos vt magnanimitas. Nam eadem opera poſſunt eſſe magnanimitatis ⁊ virtutis. Nam agens opera fortitudinis vt aggrediens pugnam ſi fecerit hoc quia delectatur in talibus actibus fortis eſt. Si vero agat hec quia talia opera ſunt magno honore digna magnanimus eſt. Sic etiam ſi quis agat opera caſtitatis. quia delectatur in eis caſtus ē et temperatus. Sed ſi hec agit quia ſunt magno honore digna magnanimus eſt. Ideo pericula bellica non ſunt propria materia magnanimitatis ſed potius materia fortitudinis. Nec etiam delectabilia ſm̃ ſenſum ſunt ꝓpria materia magnanimitatis. ſed potius temperantie

curationi viciſſim arridendum. Veſtium varietate gaudendum eſt Quoniam veſtis polimite venuſtas. anulorum inſignia multos maiorem gloriam ꝙ̃ veritas ac decor exigit cogit obtinere. Ornatus fauor affatuſqꝫ lepos ꝙ̃ plurimos ſenſu. Eminio comparatos Homerum auſu ex edere cõpellunt. ordine docendi pretaxato diligenter obſeruato. Jocorumqꝫ damnoſa libido attẽtius ablata. vt quod raro contingit prouincialis honor famam conferat in tituli commendatõnem. Quanto vero venuſtatis titulꝰ magis ſurrexit. tanto magis ſubiectorum inſiſtendum fauori vt quod oris

Propria igitur materia magnanimitatis eſt honor. Unde quecunqꝫ agit magnanimus illa agit vt ſunt magno honore digna. Hinc magnanimitas quidem ornatus omnium virtutum dici poteſt. Sicut eniꝫ magnificentia eſt ornatus liberalitatis. quia magnificus opera liberalitatis facit excellentiori modo q̄ꝫ liberalis. Sic etiam magnanimitas ornatus quidem eſt omnium virtutum. Opera enim virtutum ſunt honore digna. Et ſic magnanimus opera ſingularuꝫ virtutum operabitur. Inter autem magnanimitatem ⁊ honoris amatiuam hec eſt differentia. Quoniam opera aliarum virtutum vt ſunt magno honore digna ſic pertinent ad magnanimitatem. Sꝫ vt ſunt nobis ordinata. ⁊ vt ordinantur ad honores mediocres. ſic pertinēt ad virtuteꝫ que dicitur honoris amatiua. Unde honoris amatiua ſe habet ad magnanimitatem. ſicut formoſitas corporalis ad magnitudinem. Pueri enim ſi habent membra proporcionata. ⁊ conformia formoſi quidem ſunt ſed non pulchri. quia pulchritudo non eſt niſi in magno corpore. Sic ⁊ facientes opera mediocriter honore digna dicuntur honoris amatiui. Sed facientes opera magno honore digna magnanimi appellantur. Magiſtri igitur vel quia ſunt honoris amatiui vel magnanimi. Etiam ſi neceſſitas eos vrgeat cauſa lucri honeſte acquirendi in natalis ſoli confinio regentes. (ſm modum qui tangitur in littera) ſe regere debent.

**proprij nequit efferri vocibus eorum tempeſtiuis erogetur affatibus. vt non ſolum morum dulcedinem verū etiam proprie facultatis acumen ſpectetur. Cum autem tam morum q̄ꝫ facultatis in publicum euenerit commendatio. conſiderandum eſt ne inceſtus caput obſtipet. adulterium ora confundat Illiciteqꝫ malignitatis fetor famam denigret. ne roſe vernum emittentes odorem videantur expirare. ⁊ lilia ſudore queſita decreſcere.**

Tunc ibi. Cum autem tam morum q̄ꝫ facultatis in publicum ⁊c. Hic Boetius ponit vltimam doctrinam ſeu cautelam a quolibet doctore ſeruandam. Et primo facit hoc. ſecundo declarat hoc in exemplo. ibi. Venerabilis autem Crathonis effigies. dicens ſic. Quando commendatio rectoris ſiue laus venerit in publicum tam in moribus q̄ꝫ in

artibus. prouidendum eſt ne actus illicitus vel inhoneſtus circumdet ca
put magiſtri. vel ꝙ adulterium ſiue fornicatio confundat faciem eius.
Et ꝙ fetor malignitatis famam non denigret. ne roſe vernum emitten
tes odorem videantur exſpirare. ⁊ lilia adepta labore euaneſcere.

Tunc ſibi. Venera
bilis Crathonis.
Hic Boetius decla
rat exemplo quodam
predicta propter fugā
eorum. Et primo facit
hoc. ſecundo oſtendit
finem non ſemper cor
reſpondere principio.
ibi Prima licet. dicens
ſic. Facies laudabilis
Crathonis magiſtri
meroris augmentum
dedit ſuis conſocijs. E
tiam ⁊ alijs. qui eum
dūtaxat ſemel viderāt
quia ipſe obdormiuit
in habitaculis queſto
ris propter eufraſie vx
oris ſue delicias. Ipſe
ꝙ inuentus amplexan
do talem capillis ex
tractus. verbere caſti
gatus. vulnere lacera
tus. ſale fricatus. vri
na ſeruorum perfuſus.
angulis eiectus. trabi
bus receptus. tandem
ꝙ tortoribus laſſatus
genitalibus priuatus
ſuis. ſterquilinio ſup
poſitus. tranſeuntibꝫ
expoſitus. plebis abie
ctio. diſcipulis deſola
tio commilitonum ob
probrium. crudele atqꝫ miſerum cunctis extitit doloris ſpectaculum
affinitatis etiam gratia. parentelequ gloria in nullo proficientibus

Venerabilis Crathonis effigies p
prie facultatis complicibus. Alijs e
tiam qui eum aſpectu vnico attige
rant meroris cauſam prebuit ⁊ incre
mentum qui in queſtoris diuerſorijs
ob eufraſie vxoris ſue delicias dormi
uit. In amplexando repertus capil
lis extractis. verbere caſtigatus. vul
nere laceratus. ſale fricatus. vrina ſer
uorum perfuſus. angulis eiectus. tra
bibus receptus. tandem laſſatus tor
toribus genitalibus priuatus. ſter
quilinio ſuppoſitus. tranſeūtibus ex
poſitus plebis abiectio. diſcipulorū
deſolatio. commilitonum extitit ob
probrium. Crudum aut crudele. mi
ſerum aut miſerrimum cunctis exti
tit ſpectaculum doloris. Affinitatiſ
ꝙ gratia. parenteleqꝫ gloria in nullo
ſibi proficientibus. Li et primeua
quandoqꝫ ſalua fiant iudicio. Vlti
ma tamen ſaporis alterius inquina
menta permanebunt

Et ſic eſt finis.

# Diſciplia ſchola

Tunc ibi. Licet primena quandoqꝫ ſalua ſiant iudicia ⁊c. Hic Boetius oſtendit finem non ſemper principio correſpondere dicens. Licet prima iudicia quādoqꝫ fuerint ſalua. vltima tamen alterius ſaporis inquinamenta permanebunt Notandū hic ꝙ luxuria octo habet ſpēs. quarum due tangūtur in littera. videlicet inceſtus ⁊ adulterium. Prima eſt ſimplex fornicatio. ⁊ eſt ſoluti cum ſoluta. Secunda eſt meretricum vage luxuriando. vel cum publica concumbendo. Tercia eſt adulterium. ſcȝ alterius thori violatio. ⁊ dicitur quaſi ad alterius thorum acceſſio. Unde vir ⁊ ſimiliter mulier tripl'r cōmittit adulterium. Primo ſi vir vxoratus cum ſoluta coeat. Secundo ſi ſolutus cum maritata coeat. Tercio ſi vterqꝫ ſit in copula matrimonij. ⁊ illud eſt grauius. Quarta ſpecies eſt ſtuprum. quo virginalis integritas corrumpitur. vt patuit prius ibi. A luxurie feruore He nāqꝫ ſpecies luxurie nedum a magiſtris. verumetiam a quibuſcunqꝫ poculum ſcientie ſalutaris ſitientibus ſunt vitande. Unde luxuria multipliciter eſt nociua. Nam deo eſt contumelioſa. demonibꝫ placida. luxurioſis nociua. proximi ſcandalizatiua. proprie anime damnatiua. mentis infatuatiua. anxietatum generatiua. conſcientie amaratiua. hominis defedatiua. ⁊ viliſſimo domino. ſcȝ carni ſubiectiua Prouenit autem luxuria ex multis. ſcȝ. ex ocio ex immoderata cibi ⁊ potus ſumptione. ex vetularꝫ inſtigatione. ex prauo exemplo. ex mulierꝫ aſpectu ⁊ colloquio. ex muſicalium inſtrumentorū ſono. ex turpiloquio. Octo tamen contra luxuriā poſſunt aſſignari remedia. Primū eſt aqua lachrymarū extinguēs omnem luxurie feruorem. Secundū eſt cibi ⁊ potus ſubtractio. Tercium ab occaſionibus luxurie elongatio Quartum extreme mortis cogitatio Quintum vt de ſe nulla ſit preſumptio. Sextum eſt frequens occupatio. Septimum ꝓprie carnis domatio Octauum eſt tētationis reſiſtentia ⁊ rebellio. His meditationibus ſi Cratho vſus fuiſſet in deſolationem diſcipulorum ac obprobriū commilitonum non tam turpiter ſuccubuiſſet

¶ Finit Boetius de diſciplina ſcholarium cum cōmento optimo. bene necnō diligēter Impreſſus Dauētrie ꝑ me Jacobum de Breda. Anno domini. M.cccc.nonageſimo ſexto. xv. menſis Maij.

Inc 135

BIBLIOTHECA NACIONAL DE LISBOA